



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Alia exempla confusionis Sanctoru[m]. Cap. IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

stationem, verè ad insaniam redactus à nonnullis rerum spiritualium ignavis iudicatus fuisset, & hoc eorum de se iudicium, ab eorum ore prolatum ipse audiuiisset, Deus copiosissimè ab eo tempore suis eum virtutibus ac donis ornare & honorare cepit. Ita confusio nostri est Deo accepta, & eius studiosis proficua. Nam, ut ait S. Iohannes Climacus, Gaudet Deus cum nos, conterendæ vanissimæ elationis causâ, promptè videt ad ignominias currere. Patat autem humiliusmodi certamina superna peregrinatio: magnorum enim reuera est, pati suis esse ludibrio.

Querunt aliqui cur ob eandem culpam Maria leprâ multata est, non Aaron? Respondet Saluianus: *Maria supplicio afficitur, ut Aaron confusione mulctetur.* Lepra corrosit Mariæ carnem, confusio Aaronis mentem, & corporis præcordia. Sic Deus populum dilectum, quem gladiis hostium deleri noluit, confusione captiuitatis puniuit ob scelera. Ezech. 16. 52. *Tu porta confusione tuam. Suffundere maluit* (pudore & rubore iniecto) *hominis sanguinem,* inquit Tertullianus, *quàm effundere.* Magnum tormentum confusio. Vnde Seneca ita scribit: *Cùm homini probo ad rogandum os corruat, & suffundatur rubor, qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus.*

Onitro plura similia exempla aliorum, adhuc videntur, quos in Italia noui, quorum quæritas confusiones sui heroicæ, *Scaturiens illa Dei beneficentia* (uti eam appellat S. Chrysostomus) non heroicis tantum virtutibus in altissimo gradu, sed gratis quoque gratis datis copiosissimè remunerati dignata est. Adferam tamen infra alia exempla.

CAPVT QVARTVM.

Alia Exempla confusionis Sanctorum.

Sed quod Tirones in talibus sese exercent, Smitum non est, magis mirum vitos mature sanctitatis, hæc confusionis exercitia adamasse, ductos desiderio maiorum meritum, & amphoris in virtute profectus. Sic David sæpè suos defectus describit in Psalmis: *In iniquitatibus conceptus sum, egenus sum, & pauper, mendicus, vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis: peccatum meum contra me est semper.* Ob hanc spè spiritualis profectus in humilitate, & aliis virtutibus omnibus sæculi Sancti, publicis mortificationibus sui confusionem quaeruerunt, ut Simeon ille, Salus, siue Saloni, & alter in Præto spiritali, & alij quos commemorat noster Pater Raderus. Hoc spiritu ducti posterioribus sæculis idem fecerunt alij Sancti.

S. Ambrosius lupas domum adduci curauit, ne in Episcopatum eligeretur (quod sine magnâ sui confusione non fuit) ut ex antiquis monumentis confirmat Baronius.

De B. Timotheo quodam scribit S. Isidorus Pelusiota, quod cum sincero virtutis studio flagraret, aduersus eam gloriam, quam obtinebat, perpetuò dimicabat. eam videlicet admirationem, quam ipsi priores actiones pepererant, posterioribus actionibus obcurans.

Carolomanus Pipini Francorum Regis frater, factus Benedictinus, iussus est pascere oues Monasterij, quas educebat & reducebat. De Adolpho Holfatiæ Comite, scribit Albertus Crantzius, eum relicta filijs Toparchie ingressum Ordinem S. Francisci, ire solitum ostinatij in Oppido suæ ditionis, emendando lac ostiatim à suis subditis, & cum ferret lac in hydriam, & media platea filij cum magno comitatu, in equis occurrerent, aliquid humani passus, dum rubore perfundi inciperet, hydriam supra caput euerit, dicens in se: *Hic erubuit Christi pauperem baiulans lac in manibus, nunc vel in capite ostendit quid portaueris.* Beatus Lanfrancus vir omni literaturâ egregiè imbutus, hic cum in cœnobio lectorem mensæ ageret, & ab Antistite illiterato, idque contra Grammaticæ leges repetere lecta iuberetur, promptissimè repetit, & pronuntiauit omnia, ut iustus fuerat. Ornamento scilicet sibi duxerat stramineum hoc fertum: nec pudebat optimum virum Christi causâ pudore affici.

Martinus Delrius parentibus nobilissimis oriundus (quis fuerit vir iste, tot ipsius libri loquuntur) ubi Theologiam aliquot annis apud Eburones professus, Tornacum ire iussus est, ut ex legibus quibus se voto obligarat, non nihil temporis ad quietem sacræque commentationes à studiorum tumultibus subduceret. Hic ille rerum Philosophi Theologumque exuens, inter religiosos tirones abiectissima quæque munia obiit, & etiam ambiit. Lacerat interdum & squalidâ laceratâ indutus æconomum comitabatur; & quæ ille in foro emerat, per mediam urbem spectante omni populo, ad Collegium deferrebat. Senatoris & Censoris baiulus, aliis admirantibus, aliis vicissim illudentibus. At ille stramineum hoc fertum non exhorruit, non reiecit, imò decorum sibi credidit. Post annos complures in Societate Iesu positos, post cathedras Philosophiæ, Theologiæ, Concionum cum magnâ laude diu administratas, id vnum præ reliquis, domestici omnes in eo stupebant tantum virum, oculis caligantibus, & penè cæcotentibus gnauiter & prompto libentique animo, dū alij mensæ afficerent, stantem aut in loco anagnostæ solito incommode sedentem, librum aliquem pitium de more prælegere, & ad alterius arbitrium accensus, & topos, vel inuertere, vel dirigere. Stramineum fertum Delrius obuis vlnis amplexus, hoc vnam in se ipso erubuisse, si vel senex erubescere noluisse, inuicem omnes oculi viderunt. Eandem ob causam Sancti, etiam sua peccata pro-

l. i. de gubern. D.

in Apolog. adu. gent. c. 4. l. 2. de benefici. c. 1.

20. cap. 116.

An. 374.

propalabant. S. Augustinus narrat furta sua, quæ faciebat de cellario Parentum, & de mensa, & in ludo fraudulentans victorias, & vanæ excellentiæ cupiditatem. Et iterum fulius recenset furta pomorum ex orto commissum, fastidio iustitiæ, & sagina iniquitatis. Et iterum, ait, in illo furto nihil se amasse, nisi ipsum furum, & in illis pomis furto sublati se non sensisse voluptatem (sed in ipso facinore) quam faciebat confortium simul peccantium. Et accusat adolescentiam suam in ardore libidinoso consumptam idem repetit lib. 6. c. 11. & 12. S. Bernardus multos suos defectus recenset. De S. Basilio scribit Cassianus li. 6. instit. cap. 19. eum dixisse: *Mulierem ignoro, & virgo non sum.* Cur id? Quia epist. ad Chilonem suum discipulum sic scriptum reliquit: *Flagitium vitæ fornicationis, at munditiæ virginis stemmæ arcanæ cordis cogitatione sedauit.* S. Ephræm passim in suis Opusculis sua peccata nominat & deplorat, tum commissa in adolescentiâ, tum in proeclatâ ætate. S. Nazianzenus de se ipso scribit, se mente virginem non esse. S. Franciscus suam publicè gulositatem, etiam non veram, manifestauit à morbo sanatus; apud S. Bonaventuram in vitâ, S. Hieronymus Epistola 43. ad Chromatum & Eustebium, nominat sua scelera, & apertè fatetur se in lubrico adolescentiæ itinere lapsum esse, & se à Nabuchodonosore ad Babylonem in confusionem mentis suæ catenatum ductum, ibique sibi captiuitatis iugum impostum. Et epistola 1. ad Heliodorum se ob luxuriam naufragium passum. Et rescribens Apologiam ad Pammachium pro suis contra Iouinianum libris, apertè ait, se virginitatem, quam tantoperè commendabat, non habere: se illâ carere, idque se ingenuè & verè eundè confiteri. Quippe, vt Marcianus Victorius in eius vitâ obseruauit, ante Baptismum eam perdidit, sed post Baptismum Romæ susceptum castè vixit. Et sic intelligendus est scribens ad Eustochium, se virginitatem seruare. Sic Serapion furtum quotidianum diuitiarum coram hospitibus & suo Abbate detexit. S. Anselmus deplorat amissam virginitatem. Eodem spiritu ducti alij, multò antè, sui confusionem quærebant, & eius oblatam occasionem amplectebantur.

Narrat S. Ioannes Climacus se in quodam Monasterio vidisse quendam latronem conuersum, dum petiisset recipi ad vitam Monasticam, iussum à Præside Monasterij sine vllâ cunctatione, prius ipsi soli promptè confessum, quidquid in sæculo iniquè operatus esset, deinde in Ecclesiâ coram Monachis ducentis & triginta vincum post terga manus, asperriuog, cilicio amictum, confersumque cinere caput preferentem, à quibusdam Fratribus tractum, modiceque verberatum, hæc ipsa singulatiim & per species dixisse: non tantum quia per corpus præter naturam ac secundum naturam in irrationalibus, & inuis animantibus deliquerat; verum

etiam veneficia, homicidia, & quæ audire & scripturæ tradere fas non est, omnino nihil reticuisse, & ita Fratribus aggregatum, prius tonsam. Cum autem Ioannes Climacus seorsum Monasterij Præsidem interrogasset secretius, cuius rei gratiâ tam peregrinam Iudicij formam exhibuisset, respondit. Duarum rerum gratiâ se id fecisse, tum vt nonnullos ad confessionem hoc exemplo prouocaret, qui peccata necdum confessi erant, & sine confessione remissione eorû potiri non poterunt, tum, vt conscientem per presentem temporalemque confusionem, æternâ confusionem liberarem, quod & factum est. Neque enim ex paucamento surrexit, d. Ioannes, quin peccatorum omnium remissione potitus est. Neque vllò huius rei scrupulo moueris. Nam vnus ex Fratribus, qui illuc aderant, mihi procerum quendam ac terribilem se vidisse asseruerat, conscriptam chartam & calamus tenentem, & cum Frater ille humi prostratus, peccatum confitens pronunciaret, hoc ille calamo debebat. Et mirò sanè: Dixi, inquit, pronuntiabo aduersum me iniquitatem meam, & in remissi impietatem peccati mei. Hæc sanctus Ioannes Climacus. Beata ergo illa est anima, quæ confusionis studio non erubescit extra sacramentale, & arcanum penitentiae tribunal, sua manifestare peccata, quandoquidem per confusionem, quæ inde nascitur suorum potest cõsequi remissionem peccatorum. Quocirca, vt idem S. Climacus hortatur, iugiter nos ipsos damnare & accusare debemus, vt per vilitatem voluntariam, lapsus non voluntarios abiciamus & diluamus: sui autem aliâ, omnino in exitu nostro, à nobis horum exigetur ratio.

Eandem ob causam in studio confusionis Præter. spirit. enituit humilitas Abbatis Andrea Messenij, quem cum Senex quidam hospitio susceptum, dixisset furrò abfuisse numisma (quod ille senex vbi posuisset oblitus erat) Andreas, etsi innocens, pallio vendito pro numismate, prostratus illi veniam petiit, & dixit: *Ignosce, quia Sathanas decepit me, & accipi numisma tuum: quod tamen non acceperat.*

S. Brigitta sic de se scribit: *Ego indigna persona, l. 4. Re. que à iuuentute meâ, multa contra te Deum meum c. 77. in. deliqueram. Eodem suæ confusionis desiderio c. 19. vitæ.* ducta B. Angela de Fulginiò, narrans doctrinas sibi diuinitus traditas, & varias tentationes demonis, scriptas extare voluit suas humiliações & imperfectiones, ad quas emulgandas impellebatur interitûs, hunc in modum: *Video, inquit, me cecidisse ab omni bono, & video me esse extra omnem virtutem & extra omnem gratiam, & video me domum diaboli, & operatricem & credulam demoniorum, & video me filiam eorum &c. Et est mihi clausus Deus & absconditus in omni pietate & gratiâ &c. vellem ire nuda per ciuitates & plateas, & vellem appendere ad collum meum carnes & pisces, dicens: Hæc est illa mulier vilissima, plena malis & simulatione, & seminatrix omnium vitiorum & malorum. Faciebam enim bona ad famam hominum, & faciebam dici omnibus qui inuitabant nos: Non comedo pisces, nec carnes, & ego etiã plena gula & comestatione, & ebriosa*

& ostendebam quod nolebam recipere, nisi quantum sufficiebat mihi, & studebam esse pauper exterius, & ubi iacebam proiebam multos pannos, & de mane faciebam eos leuari ne persona venientes hoc perpendere. Videat anima mea diabolus, & cordis mei malitiam, audiat quomodo sum hypocrita, & filia superbia, & quomodo sum deceptrix & abominatio Dei, & ostendebam me esse filiam Orationis, & ego eram filia ira, superbia, & filia diaboli. Et ostendebam me habere Deum in anima, & consolationes diuinas in cella, & ego habebam diabolus in anima, & in cella. Et sciat, quod toto tempore vite studui, quomodo possem habere famam sanctitatis, & sciat in veritate, quod propter malitias & simulationes, que absconsa sunt in corde meo, multas gentes decepi & sum homicida multarum animarum & anima mea &c. Vos, qui dicti estis Filij, rogate iustitiam Dei, ut exeant demonia de anima mea, & manifestent iniquissima opera mea, ut non amplius vituperetur Deus per me, & nonne videtis, quod omnia que vobis dixi sunt falsa, simulata & diabolica &c. Deurabam me verbis diuinis, ut essem honorata & adorata pro Deo. Et his similia plura alia de se narrat, & quandam tentationem secretam describit, adeo confundentem, ut me eam hic referre pudeat, legat qui voluerit eam in c. 19. vite eius non multo post initium.

Eadem, cap. 2. vite sue de se ait: Secundum incepti erubescere de peccatis meis, & erat tanta erubescencia, quod pre verecundia non poteram confiteri peccata mea, unde & multoties in confessa communicavi, & cum peccatis corpus Domini recepi &c.

S. Antoninus 2. par. chron. c. 2. tit. 15. §. 19. scribit olim solitam publicam confessionem peccatorum fieri a religiosis ad mortificationem.

Alia exempla similiter attulit. l. 1. c. 8. n. 61. Ob eandem causam B. Clara de Montefalco impetrauerat a sua Rectrice, ut quoties publice punirentur alie eius sociæ, ipsi quoque similis penitentia eodem tempore peragenda iniungeretur. Quod seruauit omnibus illis annis, antequam in Abbatissam fuisset electa. Eandem ob causam per Oppidum eleemosynas conquirebat, ex desiderio confusionis.

Hanc ob causam P. Gaspar Barzaus, vir notæ sanctitatis, & a S. Xaerico præclaro testimonio, & a Deo ipso rebus per eum præclarè & cum miraculo gestis, commendata, cum esset Rector Collegij Goani in Indiâ Orientali, in trichinio è suggestu peccata vite sæcularis domesticis dixit. P. Realinus cuiuslibet Rectori nouo Lupiis, ubi ferè semper mansit, peccata sue vite sæcularis detegebat. Didicerunt hæc ab Apostolo Paulo, qui de se scribit similia: Non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Et rursum: Prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus. Et peccatorum primus sum. Unde S. Chrysolomus. Ea, inquit, sanctis consuetudo, quod perperam fecerunt rependunt, quotidie deplorant omnibusq; ob oculos ponunt, quod autem ingenium &

eximium, abscondunt, & obliuione transmittunt. Talis est hic sanctus noster peccata sua, vel nemine impellente perpetuo versat exagitatque. Hanc ob causam B. Aloylius Gonzaga, frequenter curabat suos defectus in trichinio publicari, & quamuis possit mentem Deo ita vnire, ut auditu non perciperet suorum commemorationem & reprehensionem defectuum, tamen data operâ nolebat, cupiens eorum auditione, coram aliis confundi. Sic vidi in Collegio Romano sæpè Patres summæ autoritatis, & qui gubernationis laude erant celebres idem factitantes: & nostrum Ioannem Berkmannum, hoc ipsum habuisse in more, ab eius familiaribus audiui. Quamquam eò processit quorundam Sanctorum confusionis studium, ut S. Climacus docet. Sicut modus est supreme superbia virtutes, que non adsint, gloria causa simulare, ita fore altissima humilitatis argumentum, culpas que istidem non adsint, in quibusdam rebus, vilitatis causa vel gratiâ confingere. Quod qui dem imitandum non est, quia medicij speciem & rem habet.

Sed videamus nunc alia publicarum confusionum exempla, que habemus in historia Societatis, apud Orlandipum imprimis. Cum P. Simon Rodericus vnus è primis nouem S. P. N. Ignatij Sociis Conimbricam venisset, fecit satiam amplam potestatem, ut ad obtinendam animi sui victoriam, nonnulla in eo genere, que prodesse etiam proximis gererentur. Atque ut pauca de multis; Ambrosius Forreria, cum vrbanam amicum per motus exemplo ad Societatem animam appulisset, iustus est periclitande constantie causâ per Vrbanam mediam sine pallio pileog, ipsa meridiana luce, cadaueris cranium præferre dextrâ, atque hoc seculo, habituq; in obuium templum ad preces faciendas tamisper subsistens, ad Patres recedat procedere. Qui dum libens obtemperat, & totâ notu Vrbe, præsertim musica artis, canendiq; claritudine, per frequentissimam ciuitatem serali illo ostenso incedit, sibilis & conuiuiis excipitur, insequente à tergo velut amantem lasciuente puerorum turbâ. Tali experimento edito, Societate excipitur: haud vortum indignus numero, qui stulti fieri pro Christo non abnuunt, ut sint sapientes.

Inbebat etiam Simon è sociis aliquos, nocturnis tenebris voces illas cum terrore iactare: Infernus, infernus, his qui mortifero vrgentur crimine; alios autem eleemosynam tyris emendicare lacrimis: que res vt noua, & ad id tempus inusitata, sic ad incutiendum ruborem valuit plurimum. Quosdam verò primis se intendentibus tenebris, mittebat foras, ut mediis in tenebris compitissis, editâ voce clamarent: Heu! heu! peccatores à peccando iam desistite, moriendum cum sit vobis.

Et describens nostrorum Conimbricensium mortificationes publicas ait: Ioannem Aragonium cerneres pueros inter orbos viis publicis caulis are: Franciscum V. aeram Conimbricâ profectum, pannosum & scrutis obvolutum, nullâ oris animiq; mutatione. Olfactum intrare: suog, vultu coloreq; in carum hominum

Bapt. Per-
gilius 1.
part. vit.
cap. 7.
lib. d. c. II.

se inferere, versariq; cum iis, quibus antea notissimus erat & quos sua disciplina habebat addictos, perinde, ac si splendido aliquo mirdog, cultu fulgeret. Alios autem plebeio lacerog, indutos amictu, cistam gestantes in manibus obsonatorem domesticum sequi: quosdam verò cum in publicam prodeundum esset, ad vestiarum teleri cursu tendentes, contemptissimum quodque vestu genus, omni conquisitione delectum, arripere. In his Nobrega (is qui postea missus est in Brasiliam Sociorum Præses, ut scribit Orlandinus, & Provincialis Brasiliæ declaratus est) foras animarum causa mittendus, perquisitis sibi cum socio brevioribus quibusdam lacernis, qua genu vix tangerent, palliisq; ac galero omni vetustate contritis, tam lætus alacerq; pedestre illud ingressus est iter, ac si ad agendam lætæ diem, & incundas quasdam epulas vocaretur.

Hos ardores, inquit ibidem idem Orlandinus, ponderosa plenaque sapientia de studio perfectionis Epistolâ B. P. ab Vrbe laudauit. Sed præstat ipsum S. Patrem audire scribentem: Neque putetis velim, displicere mihi aut suam apud me laudem non obrinere, quod de vestris per literas mortificationibus, accepimus, siquidem non me præterit, Sanctos olim sanctas id genus infamendi rationes, præsertim sua conuersionis initio, magno suo fructu, & progressu virtutis, ad sui victoriam, & maiorem virtutis acquisitionem, adhibuisse Sanctam infamiam id appellauit, phrasi Apostoli, qui dixit: Nos stulti propter Christum. Et, quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Talem infamiam cum Rhetore Græco Eunapio appellare possumus auream infamiam; cum Sancto Ambrosio veram infamiam, quæ tamen magna sapientia sit, cum in mundanis sint falsæ infamiae, ut ait Pfaltes.

Idem Orlandinus tradens rationem, quâ S. P. Ignatius Nouitios exerceri volebat, hæc scribit: Nouitiorum animus atque constantia variis exquisitisq; rationibus tentabatur, ac præter menstrui spatij solitudinem in contemplationis Diuina recessu, iubebantur ad conterendum animi falsum, necandamque superbiam, modo plateas & celeberrima vrbs loca mendicorum instar obire, modo ex improviso desides in turbas conciones habere, & alia quoque exequi duriora perpeisset, quæ ad posteros transfusa, deinceps ad hanc vsque vsurpantur etatem.

Et fusè recenset publicam, per præcipua ciuitatis Conimbricensis loca, Rectoris Collegij diuerberationem, & aliorum Sociorum, institutam ad ædificandum populum, si quem multorum à Societate eo in loco defectio offēdisset.

Huc spectat præclarum exemplum Ludouici Medinæ, Nouitij nostri, apud Franciscū Sacchinum: Præerat Collegio Placētino Martinus Guiterius, qui vt mediocri, nec sua nec suorum virtute erat contentus, & robustam Tironis videbat alacritatem, multa ei liberaliter indulisit, per quæ militarem iactationem atque feraciam, omnino sub Christi iugum mitteret. Nā publicè fuit per vim pallio tunicaque exutum incedo-

re. Ad lanios emptum obsonia, instar mancipij, in forum ad raphanos vendendos mittebat. Iumenta etiam quadam in mercatu venalia duxit, & alia duo agens plus 50. leucarum iter solus consecit, vt ipsum pro Christo verum ac militem ad nobilem, factum iumentum agnosceres.

Similia de S. Patre scripta reliquit in Diatio P. Ludouicus Confaluis, Minister Domus Professæ Romanæ tempore S. Patris. Cum esset ingressus in Societatem maturâ ætate P. Araoz, postea celebris in Hispaniâ Provincialis, mittebatur à S. Ignatio in sæculari, in quo intraterat, vestitu sericeo, saccum humeris iniectum portans, vt in publicis vrbs plateis mendicaret. Eodem modo vestitus iussu S. Ignatij lauabat scutellas in publicâ viâ. Sic dum Præfectus primariæ arcis Neapolitanæ Societatem esset ingressus, & venissent ad eum in culinâ muniis occupatum alloquendum Nobiles quidam, iussit eum S. P. euocari e culinâ holosericeo thorace sæculari vestitum, sed pallio nostro & Nouitiis vsitato tectum attrito & semilacero.

Idem P. Ludouicus Confaluis ibidem scribit, pulsum fuisse è Societate, idque noctu dormientibus iam omnibus, quendam Franciscum Lapatum Toletanum, in sæculo diuitem & officio publico illustrem, hanc solam ob causam, quod intellexisset eum improbasse vsitatum tuc in Societate publicam mortificationem cuius causa mittebantur à S. Patre etiam primarij Patres ad habendas conciones in publicâ plateâ, in quâ histiones & nugiuenduli, lucri causa, faceret suis & ridiculis declamationibus, vulgum oblectare solebant. Cum verò Romam venisset cum P. Natali, P. Gaspar Loartes, Sacerdos & bonus Concionator ac Doct̃or, qui aliquot annis in Hispaniâ Theologiam docuerat, deuotus & spiritualis, iussit eum S. P. valde mortificari à P. Ludouico Confaluo Ministro, qui tum aliis modis per se iussu S. Patris tum per Nouitios eius confusionem procurabat, & quidem tales qui maximè eum confusuri sperabant. Inter alios quidam Nouitius tentatus factus Tororum præfectus, tonos à Loarte fieri iubebat, qui dum ascendisset suggestum, iubebat eum descendere & gemitibus flexis tonos recitare, & terram ac pedes asstantium osculari, & vt tonos nunc hoc, nunc alio modo proferret, & vt ea quæ dixerat reuocaret: quod sæpè faciendo, & alias adhibendo inuentiones, ita confundebat hominem, vt instar pueri maturus Sacerdos flere cogeret. Tandem sic confusionibus exercitatum per Ministrum & per se ipsum, tum priuatim tum publicè (iussit enim eum in Rectorio suas clarâ voce tentationes detegere, & aliorum pedes osculari) agnitâ eius magnâ virtute, præfecit eum S. Pater regendo Genuensii Collegio, postquam prius Romæ Ministri & vice: Ministri officium obisset.

Etat ipse nostros P. Sodeuilla Theologus,

pro

pro viro spirituali inter primos habitus, sed dictamina fouens spiritus, aliena profus à nostro procedendi modo, quibus tamen nonnulli è nostris occultè adharebant. Hos inter fuit vnus Belga Petrus Syluius (postea magnus in Societate Theologus & vir eximius) qui P. Sodeuillæ vsus consiliis, adèd imaginationem rebus spiritualibus fatigauerat, vt & vsu linguæ, & penè mentis diu caruerit. Quod vbi intellexisset S. Pater, iussit datà operâ parari alas, quibus in comœdiis Angelos representantes vti solent, iis paratis tam in Refectorio Domus Professæ Romanæ, quàm in Collegio, iussit P. Sodeuillam cingulo tenuis vsque ad verticem penitus denudatam, alas illas tergo alligatas circumferre, & se flagello cedere, hæc verba ingeminando: *Noli volare sine ali: noli volare sine ali.* Quod vbi perfecit, è Societate eum expulit. Extra quam constitutus, vti erat vir aliqui pius, cum iterum recipi ad Societatem petiisset, iussit eum S. Pater per quatuor vel quinque menses, maioris confusionis ergo, pauperibus in nosocomio seruire, & tandem recepit benè emendatum, & probatum, tantumque ei deinde fidi, vt eum non multò post Ministrum Domus Professæ Romanæ constituerit. Cum quatuor ex Collegio Romano iussent ad visitandas 7. Ecclesias, & quia nonnisi sub occasum solis domum redituri erant, aliquid ad comedendum sumpserunt, ac in medio itinere comedissent in campo quodam, re cognitâ S. P. iussit Superintendentem Collegij, & Rectorem ac Ministrum, & Subministrum, & omnes eos Officiales per quorum manus transferant illa, quæ ad comedendum & bibendum quatuor illi acceperant, cum iisdem quatuor circumire refectorium hoc ordine. Quilibet eorum aliquid portabat in manu, quo suam exprimebat culpam. Exempli gratiâ Præfectus Refectorij portabat panem, dispensator piscem, alter nuces, cultos vestium mensæ linteolum, Superiores verò res alias maioris confusionis. Cum ergo hac ratione circumiussent refectorium iussit sunt parua mensæ omnes accumbere, & ibi publicam reprehensionem audire.

Ordinauerat S. Pater, vt Alumni Collegij Germanici Italicè loquerentur, tum vt ad Romanam Ecclesiam afficerentur magis, tum vt sciri posset à Moderatoribus Collegij, quæ esset sermonis eorum materia. Hoc indignè ferentes Alumni communi consilio omnes Collegium deserere decreuerunt. Quod cum intellexisset S. Pater à P. Andrea Frusio, cum domesticis cõtulit de remedio, inter eos etiam P. Madridi, magni consilij virum, ante paucos dies in Societatem receptum, adhibuit ad consilium. Cum ergo non multò post tumultus Alumnorum successisset, & P. Frusius P. Madridium de bono successu & sine non reddidisset certiore, sicut reddiderat de tumultu, S. P. aduocatum P.

Frusium coram domesticis, eam solum ob causam, quam retuli, acerrimè reprehendit, iussitque adire P. Madridium fabrici murariis assistentem, eiusque pedes cunctis spectantibus osculari, & ad maiorem confusionis materiam in Refectorio Collegij Germanici, coram ipsis Alumnis, quorum tunc P. Frusius erat Rector, & coram 200. qui tunc ibi numerabantur conuictoribus, per plures dies ad paruum mensam comedere. Huc referendum est quòd sæpè S. Pater publicis reprehensionibus nostris, etiam Sacerdotes, ad maius confusionis meritum, à Coadiutoribus & Laicis publicè cunctis audientibus exagitari iusserit, non à Sacerdotibus, vel clericis, aut scholasticis, vt ita dicerent pro Christo confundi magis ac magis, & politicam prudentiam sacrâ stultitiâ atterere, ac rubore vultus & mentis laudes, applaususque calestes presare. Ex quibus exemplis apparet conformem esse Ignatiano spiritui publicarum confusionum exercitacionem.

Extant & in vitâ P. Baltharis Aluarez egregia specimina confusionis & humiliationis, edita à Francisco Cordubense fratre nostro, filio Ducis Cardonæ & Segoræ, Marchionis Comarenis, qui, vt scribitur in vitâ P. Baltharis Aluarez cap. 30. pag. 347. & seq. cum Salmantice Philosophiæ daret operam, *tegebat quocquid alicuius honoris occasione ipsi adferre posset: offerere autem se ad omnia quæ maioris contemptus sui causa esse possent: & prudentiâ quadam plus quàm humanâ, cum hoc faceret ad se humiliandum & abiciendum, ita rem dissimulabat, vt non aduerteretur ea ipsum facere ex virtute & studio, sed quasi nesciret aut non posset aliter facere, vt eò magis contemneretur.* Ideo obibat libenter culinae officia, etiam dum studebat, impetratâ ad id facultate diebus festis, & diebus hebdomadarum recreationis. Curam quoque bestiarum & inamentorum Collegij Salmanticensis, in quo studebat, libenter suscipiebat, & pabulum & reliqua necessaria illis ministrans. Et cum impetrasset, vt haberet curam cuiusdam equi vlcerosi & læsi, prout quodam conducto, vt ibi equus aliquantulum maneret, petiit facultatem vt eò deduceretur, & concessa est in eo sensu, quòd aliquis domesticus famulus duceret, sed ipse tantam videns se humiliandi opportunitatem, accepit gulerim & pallium detritum, assumensque plenum, & magnam quandam vacerram sub brachio & funem, & bonam copiam stupa in manibus & equum ex capistro: ac deduxit per mediam ciuitatem cum prædictis instrumentis, ita detectis vt omnes viderent: transiit propter Vniuersitatem eo tempore, quo multi Collegiales ex scholis exibant, qui omnes subsistebant aspicentes & stupentes, tanta nobilitatis virum, & eiusdem Vniuersitatis aliquando Rectorem, ita ambulare, cum tanto gaudio & vultu iucundo ac subridente. Hac igitur ratione, equum illum duxit ad pratum, cum insigni triumpho de vanitate & pompis secularibus, & cum maiore gloria, quàm Imperatores de suis hostibus per totam

totam urbem triumphare consueverant. Superior cum id intellexit, reprehendit eum, quod eam viam tenuisset: sed vir sanctus, qui singulari arte & gratia sua humilitatis actiones regere nouerat, valde pacatè illi respondit: Mi Pater, Ego quia valde sum ignauus, cogitatus, quâ viâ rectius & breuius ad talem locum ire possem, & idè talem elegi. Sed vltèrius progressa est eius humilitas. Nam cum presantissus esset ingenij & præclari iudicij simplicem se tamen faciebat, & studio stulta aliqua dicebat, vt talis haberetur. Cum deberet in trilinguo concionem habere, pro more Fratrum studiosorum, mouit in ipsa concione dubium, circa quoddam punctum vite illius Sancti de quo erat concio: dixitque duo exemplaria librorum, qui inscribuntur FLOS SANCTORVM in eo puncto dissentire. Et cum respondendum esset quid ipse de eâ diuersitate sentiret: Ego verò accedo ad exemplar FLOS SANCTORVM Cesar- Augusti excusum, ed quod charactèrem habeat crassiores, & melius illum assequar. Et quamvis Auditores subserferunt ipse valde pacatus mansit, quasi iudicio suo vltèrius progredi non potuisset, sed ita locutum sicut reuera sentiebat. Et vt magis ipse in humilitate exerceretur, permisit Deus, vt quidam ex studiosis non intellexerit spiritum quo serius hic Dei dicebatur, sed persuadens sibi, eum reuera ita esse simplicem, atque præferebat: idè valde ridebat, eumque actiones quas stultitias irridebat: tribuens illis intellectus hebetudini & ineptitudini: nec in eius præsentia ab huiusmodi irrisio-nibus abstinerebat. Sed Franciscus verè humilis, commodam hanc in humilitate proficiendi, & simul charitatis exercende occasionem non prætermisit: sed studebat diligenter ei indulgere, eumque honore afficere, à quo ita contemnebatur. Nam cum ipse mensè ministraret, curabat optimum ferculum, quod ferebat, et porrigere, & quando ad quotidianam recreationem se conferebat, aut ad hebdomadariam, cum exeundum erat ad campos, semper Franciscus ad Fratrem illum accedebat, vt alicuius contemptus occasionem captaret. Et cum eius Professor P. Ouedus id obseruaret, quasi ab eo, quid hoc sibi vellet, quid semper accederet ad illum Fratrem, totque daret induta singularis cum eo amicitie, non sine notâ alicuius singularitatis: Et cum valde illum vrgeret, vt facti sui aliquam rationem redderet, quia sibi persuadebat, id non fieri sine aliquo mysterio: tunc Franciscus respondit, causam eam esse, quod Frater ille, & bene eum nosset, & pro meritis tractaret: at R. V. inquit, & ceteri multum me honorant, quasi ego aliquid essem: quod nullum mihi adfert emolumentum: at iste Frater, melius me agnosens, eo loco me habet, quem ego promereò, irridens me & res meas: & hoc plurimum mea refert, ac propterea cum eo mihi mererè agendum, vt soleo. Quo responso, obstupuit eius Professor profundam sui discipuli humilitatem. Aliud quiddam Magistro ac discipulo euenit, in quo etiam suam humilitatem valde manifestauit. Nam cum diebus Dominicis Quadragesime ad pagum quendam duobus milliaribus Salmanticâ distantem concionatum irent, & quidem pedres paulatim ambulantes, Pater ipse concionabatur. Franciscus verò Christianam doctrinam rusticis docebat, coniungebant se autem pue-

ris multi viri & famine, & serè pagus totus ad vespèram, fecitque in eo extrordinarium fructum, tantumque amorem homines illi in eum conceperunt, vt ad sequentem postea Quadragesimam peterent mitti ad se eosdem Patres, vt bene illi facerent, quemadmodum in precedenti Quadragesimâ fecerant. Post paucas Dominicas ex rumore quorundam studiosorum, qui Salmanticâ ad eundem pagum excurrerant, cognouerunt, qui esset Frater Franciscus: ac propterea omnes inceperunt magnum ei honorem exhibere, imò aiqui Dominum Illustrissimum compellere ceperunt. Grauisimè hoc ille tulit, magnaque dexteritate conatus est hanc illis opinionem eximere, dicens se fuisse cocum & agricolam, & quod posset ipsos de agricultura examinare. Sed cum hoc non sufficeret ad illam opinionem deponendam, & cessandum ab honore magno et exhibendo: inludit ipse apud suum Professorem, ne amplius ad illum locum ipsum duceret, & apud Superiorem, ne mitteretur: quod tandem concessum illi est, ne affigeretur. Maiorem enim ipse molestiam sentiebat, quod videret se in honore haberi quam homines seculares sentiunt, quod honore sibi debito priuenter. Deinde cum esset in tertio probationis anno sub disciplina P. Barthasari Aluarez, ad eum sus confusionem quesuit, vt etiam mortem, nolens, sibi acceruerit. Nam eius mors occasionem accepit, ex quadam insigni mortificatione, quam, vt se humiliaret, fecit. Intellexit enim quendam Fratrem mitti Viennam, vno milliare à Villagarzia, emptum aliquos nefrendes, siue porcellos domi postea nutriendos. Statim ipse ad hoc onus se obrulit dicens, se huius rei magnam peritiam habere (quod semper dicere solebat, cum materia erat vilis & contemptibilis) petuit ergo facultatem Fratrem illum comitandi: & in reditu, cum vnus ex porcellis defatigaretur, Pater illum super humeros ad collum accepit, quemadmodum pingi solet. Pastor ille Euangelicus, qui perditam ouem inueniam, ad caulam portauit: & quemadmodum fecit Carolmannus Monachus in monte Casino, dum conuentus gregem custodiret omnibus obstupentibus, quod qui ad eum magnus fuisset in mundo, ed se demitteret, vt ouem super humeros portaret. Cum igitur porcellus sit res adhuc vilior, non paruam adfert admirationem, quod vir ad eum aliis nobilit, & qui fuisset Salmanticensis aliàs Vniuersitatis Rector, & inter nos ipsos Sacerdos, qui tanti fieret, illum in humeris portaret. Statim at quo ad Collegium peruenit, cepit ex non coctis lateribus has extruere, in quibus eos custodiret, dabatque illis cum magnâ curâ certis horis ad comedendum. Et quia tempus erat valde calidum, sol caput eius lasit, ex quo febres sunt ortæ, quæ valde illum vruebant, & vt ipse dixit mihi, absque viliâ comparatione maior erat astus internus, quam exterius appareret. Morbus ita creuit, vt die vndecimâ vitam finiret, Sacramentis omnibus magnâ pietate susceptis; mortemque ipsam accipiens cum magnâ sua voluntatis cum Diuinâ conformitate, quam semper habuit toto tempore quo vixit in Salmanticâ.

P. Thomas Sanchez notæ sanctitatis ac doctæ vir, tanquam oraculum quoddam Hispaniæ celebratus, vt se confundere per ciuitatem

tem Cordubensem patriam suam, in uerso pileo iuit, & absque chlamyde amphoras aquarum ad carcerem tulit. P. Martinus del Rio Doctor Lurris, post libros doctissimos in lucem editos, post supremum Brabantiae Senatam Philippo II. iubente gestum, post alia splendidissima officia Societatem ingressus, absoluto Nouitiatu, annum 32. agens, Philosophiam ab initio inchoauit Sacerdos tandem. Tornaci saepe attrita ac lacerata ueste indutus oeconomicum comitabatur, & quae ille emerat ad Collegium stupente ciuitate deferrebat. Solitus erat ad mensam legere, ac iustis statim repetere, si quid male protulisset, etsi ad eos profecerat in humanioribus literis, quemadmodum eius in Senecae Tragedias commentarij, & libri alij editi, testantur.

Sacch. 2.
p. histor.
l. i. n. 129.
130. 134.
135.

P. Franciscus Villanoua Complutensis iam Collegij Rector, & sanctitate notissimus, in humilibus culinae officijs tanquam pristini memor voti propere assidue uersabatur ac dicebat, qui se Rectorem esse iusserant, parum uidisse ad quid maxime esset factus, se potius ad culinae ministeria, quam ad regendos homines naturam atque aptum fuisse. Rudi tunicula attrita, & curata cum assidue ueretur, staturaque pusillus, ore plus satis fusco, totus denique male a natura ornatus nihil haberet spectabile quam uirtutem animi, sui, contemptum: e culina alijsq; manuum operibus ad viros doctos & graues euocatus, saepe ita, ut ferebat ministerium, sordidatus prodibat: nec principio admirabantur illi solam, sed quodam pudore suffundebantur. At Villanoua dicebat, his occupationibus immorari se non uirtutis causa, sed quod ea sibi apte quadarent munera: suum patrem, auum, maiores, ita uixisse. Erat enim humili stirpe: quod nullo loco cunctanter ille profitebatur. Quin etiam Placentia cum Episcopo, qui Collegium extruebat, dum adificationem spectat, animaduerso non satis calcis per inopiam aquae suggeri fabris, ad Franciscum uersus, dixisset, nonne esset ad manum qui posset iumentum agere, & aquam, & si quid aliud est opus asserre: Est, inquit Villanoua; commodum hic Frater meus aduenit, is recte istud muneris exequitur. Obsupuit Episcopus solidam humanae auae desipientiam: Et ait, Non deerit isti domi meae, quod agat. Sed Villanoua confirmauit non esse hominem ad alia idoneum, pernicitq; ut publice Martinus Tamon (hoc erat ei nomen) Rectoris Villanoua germanus, asellum agens, diu cerneretur. Atque hunc non contemptum, sed uerum fuisse germani amorem demonstrauit euentus. Breui enim Martinus Deo iuuante perfectionis amore captus, & in Societatem adscriptus, magno cum uirtutum exemplo annis in ea compluribus actus decessit. At Villanoua non sponte solum ad sui desipientiam intendebat, sed pari alacritate quod non perinde multi faciunt, oblatas iniurias sustinebat.

Cum elementis Dialectica nauaret operam, condiscipulus ex externis, nescio qua eius uoce offensus, excanduit, atque, ut erat ardens ac manu promptus adolescens, nihil tale expectanti Villanoua colaphum impugit. Hic repentinum factum admirans, ubi aliud nihil

occurrit, in se causam conuertit, prouoluit ad pedes adolescentis, & veniam submisit precatur, quod imprudens ei causam ira suggesserit. Post aliquot annos simile genus iniuria pari constantia repulit. Homo nequam aditum in honestam domum ad flagitium captabat; quod cum sensisset Villanoua, in tempore egi ut excluderetur: non latuit res intemperantem: & inde exulceratus, unde sanari debuerat, cum primum in uia, qua Maior Compluti dicitur, obuium Villanouam habuit, grauius impacta palma percussit. At bonus Christi discipulus non uerbo, non uultu, non animo indignatus, genuflexo alteram percutienti genam offert. Et mox insignem ac publicam contumeliam seuerè vindicare cum Vicarius Antistitis moliretur, egit enixe, ut res poena omnium gratia fieret.

Hoc sui contemptu Franciscus ad agendam cum Deo, & excipiendam largè dona caelestia idoneum reddebatur. Prater consuetum Societati Orationis tempus horam totam quotidie, antequam alij surgerent, meditationi tribuebat, nam & somnum in angustias redactum sibi subderat, & quam in se se durus, tam benignus in socijs; Excitatoris matutini munus sibi quoad uixit perpetuo reseruauit. Addebat Ioannes Castaneda, quamuis propter angustias domus eodem usus est contubernio, se ferè, quacunque hora noctu euigilasset, sensisse ac saepe uidisse in genua prouolutum supinus manibus Franciscum orantem. Eius meditatio in Christi Domini uita & sacra nec uersabatur. In hac diebat, dum peregrinaretur in terris, ad mirandum uelle exire, alia sublimia & mira reseruare ad fruendum in caelo. Ex frequenti meditatione facile consequebatur, ut uelut Deum haberet in conspectu, ubique ad sui custodiae intentus ageret, sensusq; dulci ac tenero pietatis afficeretur, sic ut lacryma promptissima essent. Fuitq; cum sternentem ipsi summe sua manu lapidibus impluuium, nobilis doctorum & grauium uirorum corona circumfretus. Qui cum spectans & comier subinde compellant, ille inter laborem diuina ingressus colloquia, haud plures mittebat uoces quam lacrymas. Itaque manus quidem uersabantur in opere, & nunc concinnabant lapidos, nunc loco ponebant, malleoq; pulsabant; cor autem Deo uacabat, & caelestibus facibus colliquebat, unde sensim per os flammantia uerba, per oculos quasi odoratus fluebat imber, blandissima uis cordibus oculisq; adstantium. Aded beatum otium in negotio Sanctis abundat, & secundum est; quique semel in diuinitatem se miserit animus, ea & pasci ubique potest, & pascere. Sed in primis de uictoria sui consuetudineq; cum Deo, profecta est insignis quaedam Villanoua sapientia. Non pauca narrantur, quibus uidetur haud dubie futura prauidisse, praesertim in allegandis in Societatem sine excludendis petitoribus. Mortem etiam suam praesentire uisus est. Certè Sacerdoti, qui pro salute eius uirtutalem se immolaturum hostiam proferebatur, Eac, inquit, quemadmodum solet pro uita functus: significans se mox, uti contigit, obiturum. Humanarum disciplinarum non erat ultra Dialectica limen progressus, & tamen consulentium de officij rationibus, alijsq; & implicatis questionibus, & grauisimis, multitudine innumera confluere, cunctoq; in populo instar prowerbij inire-

increbuerat, Cathedrarum Complutensium certissimam Cathedram esse Villanovæ. Alludebant autem ad respondentium de iure fellas. Mantius nobilitatis Theologus (de quo paulo ante meminimus) apertius loquebatur Theologiam Villanovæ Complutensium omnium Theologorum sapientiam longè pluris apud se esse. Bartholomæus Torres, qui Seguntia diu Divinam scientiam docuit, moxque Episcopus Canariensis, in signum de SS. Trinitate librum edidit. triginta annos aiebat se veritatè inter S. Thomam, Scotum, Durandum, & eiusmodi subtilissimos Theologiae Magistros, nec apud quemquam invenisse rationem, ex qua aliquà ratione expediti non posset. verum Doctorem Villanovæ (sic enim loco appellabatur) rationibus & argumentis, manus sibi pedesq. vinciri, neq. vllum effugij locum relinquere. Aperte etiam profitebatur, plus se ad veritatem sui cognitionem triginta diebus, quibus in exercitiis spiritibus præceptorum habuerat Villanovæ, quam triginta annis, quos in Theologia triverat, professisse. At alphonsum Ramirez Vergara, Doctor & ipse percelebris, morti proximus duo aiebat sibi à Deo præbita æterna sue salutis pignora, vnum quod non sinisset Episcopum fieri, alterum quod animam suam Magistrum Villanovam dedisset quem etiam Angelum Custodem suam libenter nuncupabat. Ita Deus sui contemptus & confusionis amantes, etiam in hac vita honorat.

De locis Eboresis Collegij idem Sacchini scribit, speciem fuisse dignam visu, quam quisque visissima ambiret muneris, quantaque cura operam daret, ut quod impetrarat, quam cumulatissime exqueretur. Tum maximè cum vacabatur ab studiis literarum, in opera se pietatis tanquam effusus habens dabat externi adolescenter; præceptorum suorum, aliorumq. Patrum, quos & summe colebant, & quia maximè honoratos rebanant, existimabant (quod in saculo fit) ab humilium tractatu ministeriorum abesse oportere, ubi alium videbant edituo famulari, alium laicorum, alium in lacerna fordidâ, tunica obsonatorum per urbem sequi, oleribus aliove onustum obsonio, herabant admirabundi, latiq. illis & in cruce Domini gloriantibus pudore ipsi suffundebantur. Ac vir Ecclesie Eboresis primarius, cum forte in vnum è Magistris, quem dudum noverat Theologie Doctorem, ligna in culminam deferentem incidisset, domum reuersus re Canonici omnem narrauit, identidem cum admiratione iterans: Deus bone quam dissimilia sunt horum Patrum & aliorum hominum in animi remissionibus studia! Humilitas his oblectamentum est, pro requie ac deliciis laboriosa sui contemptio. Nec verò domi illi tantum ad suam, verum etiam foris ad vilitatem proximorum exercebantur, primarium inter se virtutum, charitatis & sanctæ humilitatis officia copulantes. Est Eboresis foro in extremo fons publicus ingens manufactus, quo opere nobilitatis magnifico per duodecim milia passuum magna vis optima aque deducitur. In aduersa fori parte custodia est publica Civitatis, Archiepiscopi verò carcer modico intervallo à foro disunctus non nisi frequentissimâ viâ per medios artifices varij generis adiri potest, virisq. autem aqua inopia laborabant vinciti. Quæ cognita re Collegi in ceteris submissionis & charitatis muneribus id quoque vsurpabant. Luce palam

expediti ad eum fontem cum vas accedebant, & quantum ad multos dies satis foret, aque vtramq. in carcere deportabant. Iam Nosocomia adire, consolari, & edocere iacentes, lectos eorum stertere, sordes euertere pavimenti, huiusq. modi alia, vetus & vbiq. nostræ iuuentuti consuetum est opus. Sed illud accidit Ebores singularare. Populares discipuli sepe in egorum vincitorum obsequiis admirati Magistros (ut nihil est humano ingenio ad imitationem proclivius, neque genus aliud alterius quam Discipuli Magistrorum) emulari talia exempla cœpere. Itaque adolescentes genere & opibus nobiles, abiecti pallis, raptis vndeunque vasculis, certatim per medium forum & celeberrima compita, ex fonte miseris solatia deferebant, quous latice tantò gratiora, quando ab vilitatè minus benignitate profecta, ut vincit non corporum magis aqua illa leuaret sitim, quam noua spectaculum pietatis sanctum animi æstum accenderet, considerantibus non quid sibi, sed quæ manu daretur, nec quantà emptum pecuniâ, sed quantà ingenii pudoris victoriâ, & quasi impensa. Ceterorum verò Civium plurimi, fixo ad spectandum gradu, sublati ad celum manibus, gratias Deo agebant, quod talis Ebores soboles adolesceret, haud sine aliquâ querimonia temporum suorum, quod sibi olim adolescentibus Institutores iidem non contigissent.

Salmantica regente Collegiam P. Martino Gutierrez, notæ in Societate sanctitatis, & merito laudatæ ab Hieronymo Plato & Ludouico de Ponte, feriarum autumnalium tempore, hinc quotidie sacerdotibus ac laici ante postque meridiem, Nosocomium quadraginta dierum spatio, frequentarunt, prauitq. ceteris Rector, nec solum seruitia officia, intra parietes obibant omnia, sternendo lectos, verrendo solum, vasa immunda purgando, sed etiam è vicino fluuio, postea pallis aquam gestabant, haud parua hominum admiratione, cum in Rectorem præsertim, totâ vrbe notissimum & maxime existimationis, vna onustum incidebant. Hoc tempore quo Collegi Nosocomio ministrarunt, ægri omnes quamuis pestiferis laborarent morbis, conualuere. Quam rem cum diligentia & charitati, quæ curati à Patribus sunt, tum eorum pietati ac precibus, Nosocomij Curatores tribuere.

Anton. Madridius publicus Philosophiæ in Academiâ Salmanticensi Professor, cum ad Societatem esset admissus; Continuo Rector nostri Collegij iussu, posito talari vestitu, è publico fonte aquam in vitro petere: ut quò plura doctrina & auctoritatu asserbat ornamenta, eo firmiter poneret fundamenta obedientiæ & humilitatis. & ille à lacriter & obedienter profectus, eâ notos admiratione percussit, ut quidâ propè sanctum, alij planè stultum existimarint. Hæc animi excellentiæ cepta militiâ, & Granatâ Cordubam ad Tyrocinium accuratus ponendū missus, nihil auebat ardetius, quam summe ab omnibus desipi, pessimeq. accipi. Quod cum minime succederet, abicere ipse sese vbiq. pro nihilo ducere, nullâ prætermittere occasionem, quæ sui amorem quasi capitalem hostem, vexare ac suffigere cruci posset; in sermonibus si que veniret in mentem, quæ ingeniose & commode dici viderentur, ad ingenij & pietatis ostentationem vitandâ caute obicere (quoad Moderatores

Hhh

re

Sacch. l. 6.
num. 113.
Plat. l. 1.
cap. 34.
Ludo. in
vit. P. Al.
na. c. 23.
& 27 p.
258. 305.
306. 311.
312. 313.

re inde animaduersa quod sepe interstisabas & abrup-
pebat filium, iusserunt attributa Deo laude, quod suc-
curreret in medium bona fide conferre) quin etiam ut
doctrinam obtegeret, imperitam atque subrusticam
affectare locutionem, praesertim apud eos, quibus erat
ignotus: domi libenter cum infimo quoque agere, aper-
teq; se Pedroccipastoris filium ferre: plurimum vestitu
atrito atque vili delectari. Hoc tirocinium, hoc militia
omnis ad est, tota via Doctoris Madridij sui. Ex eo sui
vero contemptu oriebatur insatiabilis asperissima que-
que patiendi fames.

num. 77.

Gravi forsitan supercilio (pergit Sacchinus) indig-
netur haec stulta saculi sapientia. Ceterum in schola
Christi, qua perfectam docet homines sui victoriam,
in qua non ut in Academijs aut Lyceis, sed velut in
templo etiam agitur, hostia, tanquam infixum gerentes
ingulo mortificationis cultrum, & tanquam aris ac
flammae imposita, ita continentia maclantur & ar-
dent, ut longum vita sacrificium sit, subtilitatem Phi-
losophia caelestium continent.

num. 6.

Est ergo conforme etiam Societatis Spiritui,
talibus rebus quaerere nostri mortificationem,
& confusionem, atque ita in ordinatione pro
instructione PP. Tertij anni praescribitur: Vilia
indumenta, & alia id genus mortificationes praetermis-
ti non debent. Et Reg. 40. Magist. Nou. ha mortifi-
cationes praescribuntur Nouitijs: Prater solita
experimenta, petere ostiatim elemosynam, comitari
emptorem ad comparanda ea, qua emuntur, indus ve-
stibus vilioribus, qua tamen Religiosos deceant,
& alia id genus.

cap. 4.

Sic olim P. Gonzalius Sylueria, postea mar-
tyrio coronatus Monomotapa in Africa, egit
per vias publicas asinum lignis vel oleribus
onustum ut scribit P. Nicolaus Godignus in eius
vita. Idem fecit Andreas Spinula Genuensis
Romae, vbi antea proximus erat dignitati Car-
dinalitiae. Ut omittam recentiora exempla P.
Innigi de Guevara, antea Ducis Bouini, & P.
Caroli a Lotharinga Episcopi antea Virtu-
nentis, qui Romae per vias publicas, mendico-
rum more, in vestibus vilibus, circuebant loca
vrbis celebriora ad sui confusionem & victo-
riam, ante paucos annos. Quod omnibus annis
alij ibidem, & alibi in Societate cum laude fa-
ctitate solent, ad haec vsque tempora, vbi viget
feruor vitae spiritualis.

24.
gr. 15.

Ideo, inquit S. Ioannes Climacus, sciens Domi-
nus exteriori habitu figurari anima virtutem, sumpto
linteolo, humilitatis nobis compendium ostendit. Studium
enim assimilatur anima, & ad que gerit formatur, at-
que ad ea figuratur. Aliiter affectus est, qui in serquili-
nio sedet: atque ideo fortassis magnus ille iustus extra
Ciuitatem sedebat in stercore. Tunc enim perfectam
consecutus humilitatem, ex intimo cordis affectu dice-
bat: Contempsi me ipsum, & contabui. Existimaui au-
tem me ipsum terram & cinerem.

25.
cap. 24.

Sanè S. Basilius in Constitutionibus Mona-
sticis, cum dixisset, pietatis cultorem debere viliora
etiam munera magno cura studio, magna que cum ani-

mi alacritate suscipere; subdit. Licet communibus
vilicariis inferuentia sarcinaria sequi iumenta
oporteat, refecare tamen non debet; siquidem venire in
mentem Apostolorum exemplum debet: quam alacriter
illi Domino paruerunt, quando ipsis mandauit, ut ad
se pullum adlucerent, cogitarent, & illos quoque quo-
rum causa iumentorum curam suscipiant, fratres Do-
mini esse, & tribuant ipsis beneuolentiam studiumq; in
ipsorum Saluatorem redundare, qui dixit: Quatenus
fecisti vni de his Fratribus meis minimis, mihi fecisti.
Quod si sua facit, qua minimorum sunt, sine dubio
multo magis qua electorum sunt (vri sunt Religiosi)
ea sibi vendicabit, modo ne officium existimet causam
ad licentiam.

Simili modo & Spiritu probabant suos vete-
res Monachi, de quibus scribens Cassianus: Non
tacebimus, inquit, etiam nobis cognitum Fratrem, se-
cundum saculi huius ordinem magna famula. Nam
Patre Comite ac diuissimo oriundus fuit, studij quo-
que liberalibus non mediocriter instructus. Qui re-
lictus parentibus cum ad Monasterium prouolasset, ad
comprobendam mentis humilitatem vel fides eius ar-
dorem, confessum ei a Seniore preceptum est, ut 10.
sportas, quas necesse non erat publice venditari, cer-
uicibus suis onerans, distrahendas per plateas circum-
ferret, adiecta conditione, qua diuitis in hoc officio
reimeretur, ut si forte vnus pariter coemere voluis-
set, non cederet, sed singillatim eas quarentibus venun-
daret. Quod ille tota deuotione compleuit, & omni
confusionis verecundia pro nomine ac desiderio Chri-
sti calcata, sportas humeris suis imponens pretio fla-
uito distraxit, ac pecuniam ad Monasterium reporta-
uit; nequaquam perterritus tam vili & infestis Of-
ficij nouitate, nec considerans indignitatem rei nata-
lunq; splendorem, ac venditionis iniuriam, dum il-
lam Christi humilitatem, qua est vera nobilitas, per
obedientia gratiam desiderat obrinere.

Equitius Abbas vir sanctus, ut scribit S. I. dicit
Gregorius, ita in vestibus vilis atque despectus erat,
ut si quis illum fortasse nesciret, salutatus etiam
resalutare despiceres, & quous alia vendebat ad
loca, iumento sedere consueuerat, quod esse despicia-
bilis omnibus iumentis potuisset reperiri: in quo et-
iam capistro pro freno, & veruecum pellibus pro sella
viebatur.

S. Ioannes Damascenus, ut author est Ioan-
nes Hierosolym. Patriarcha in eius vita, iustus Saurum
est in caeobio a suo Magistro spiritus, deferre
corbes venales in mercatum, & pretium duplo
maius, quam par esset, petere, ex qua enormi
petitione multas eachinnationes, iniurias, &
conuitia tulit, oillas eiusdem iussu tergebat, sor-
des verbebat, scaphia purgabat, & omnia Mona-
stij ministeria obibat: insuper etiam quasi
nullam rem recte ageret; crebra cum reprehē-
sione atque obiurgatione tentabat. Quocirca Manth
qui talia agunt magnas coronas in caelo, saepe
etiam in hac vita acquirunt: iuxta Christi pro-
missum: Qui se humiliat, exaltabitur, non tantum
in caelo, sed etiam in hac vita.

Ego

Ego sanè cum considero vitam S. Philippi Neri, me præsentem mortui, cum magnâ & rarâ opinione sanctitatis & honore, quo vix mortuus coli cœpit, vti & dum viueret, & quo nunc eius corpus & facellum Romæ colitur, multo magis quàm alibi multorum Sanctorum eximiorum corpora, non aliam huius rei causam esse puto, quàm quòd Dei causa per actiones ridiculas, & viles, & tironum proprias, in conspectu magnatum editas, sui confusio- nem & opinionem hominis leuis ac stulti qua- sificet, exemplo non omnibus imitando. Quod quidem ei facere licuit, nobis tamen non licet, quia Reg. II. Summ. monemur, *ne mala de nobis opinionem occasionem vllam præbeamus.* Et Regul. Commun. *ne mortificationem faciamus vllam sine approbatione Superiorum.* Ille tamen, qui his legi- bus astrictus non erat, & sæpè in ore habebat il- lud Apostoli, *Si quis vestrum inter vos sapiens est, in hoc seculo stultus fiat,* sapientem Sanctorum quo- rundam stultitiam imitatus, sui confusio- nem optabat, & quærebat artificiosè, vt tanquam vi- lis & abiectus contemneretur, & pro stulto ha- beretur ac leui. Hanc ob causam (vt in eius vitâ scribit Baccius prima Augusti, quando est ma- ximus Romæ concursus ad S. Petrum ad vin- cula, in arcâ illius templi saltauit. Eandem ob causam per menses aliquos incessit indutus pel- liceo inuerso: inuitatus ad prandium à Cardi- nali Alexandrino, tulit secum ollulam lentibus coctis plenam, & multa similia publicè exhibuit exempla, ob quæ ab omnibus despiceretur & erubesceret. domi verò ordinariè calceos albos induebat, pileolo paruulo caput tegebat, & lon- gâ veste clericali depositâ, & solâ rubrâ interu- lã protensâ tantum ad genua indutus, excipie- bat se visitantes, etiam Cardinales. Audiuì Car- dinalem Baronium eius Confessarium in Con- cione in Annuario eius Anno 1600. habitâ, dicentem, eum simulasse iram, vt pro iracundo haberetur. Audiuì ab Angelo Bagnarea fami- liari eius, & (qui eum vidit diuinitus sublatum in aëre) medico, se solum ad suum cubiculum admitti solitum manè, idè quòd ab eo sæ- pius reprehenderetur ob istas stultitias, & quod- dam die inuenisse eum legentem Historiam cuiusdam per urbem innocenter castigatâ car- nificæ, idque huic medico cum lacrymis eum retulisse dicentem: *ô Filipe, ô Filipe, tibi hoc deberet fieri.* Ex hoc mortificandi sui studio fa- ctum est, quòd dimidium barbæ abra- se habens prodiit in plateam summo concursu Romanæ Nobilitatis frequentem (quam vocant Alli banchi) fasciculum flosculorum manu gestans & odorans instar sæculi amatorum. Ibidem eum incidisset in B. Felicem Capucinum, vi- num elemosynæ nomine datum bailantem, vase ar- repto, coram aliis instar gulosi bibit. Hanc ob causam cum visitaretur à quibusdam nobilibus Polonis meo tempore, eum ob san-

ctitatis opinionem videre cupientibus, vbi eos aduentare intellexit abiecto spiritali, qui tunc ibi legebatur libello, arripit curauit Ariostii li- brum facietis & quandoque minus honestis rebus reserpsit, cuius lectione mundi secta- tores oblectari solent: & hospitibus quærenti- bus, quidnam ei legeretur respondit, Ariostium, animi causa se accepisse legendum. His modis etiam suos spirituales, Filios maxime charos exercebat, imponens eis innumeras pudoris honesti & confusio- nis materias, quæ si recen- serentur, inquit, Petrus Iacobus Baccius in ma- gnum volumen excreverent. Solebat suos spi- rituales Filios, etiam nobiles, mittere ad peten- das in templis elemosynas facie non tectâ: iu- bebatur illos verrere plateas templis adiacentes: frustra panis ante aliorum portas mendicare. Misit quendam iuuenem cum campanulâ, vt per campum Floræ deambulans eâ pulsaret: al- teri vt pilos capitis ei abradere, B. Felix Ca- pucinus eum induxit: alterum iussit totâ vitâ ferre cilicium non sub indulio sed supra exte- riores omnibus aspectabiles vestes instar cin- guli. Per annos 44. domesticos vexari voluit per latratum canis diurnum, atque nocturnum. Sæ- pè misit Baronium cum magnâ lagenâ ad di- uersorium publicum vt in eo emeret exiguam vini mensuram, pro quâ soluendâ, cum sat es- sent pauculi obuli, dabat ei nummum aureum. Quo viso paterfamilias vix aliquid accipiens, sed multum argenteæ pecuniæ restituens, bile exurgente Baron. mordacibus verbis perstrin- gebat, & præter conuitia quibus Baronius im- petebatur, sæpè periculum fustigationis hanc ob rem incurrit. Et hac ratione suos perpetuâ mor- tificatione exercebat, eo animo, vt perfectam propriæ exultationis, & honoris appetitus ab- negationem consequerentur. Ideo solebat di- cere: sanctuatè in tribus digitis sitam esse: quod pronuncians suam frontem tangebatur, & decla- rans id quòd dixerat, aiebat, totum esse situm in mortificatione rationalis facultatis. Quæ ver- ba sæpè proferebat, intelligens per rationa- lem facultatem nimirum discursum. Omitto his maiora & magis admiranda, quæ Romæ ab eius familiaribus didici, sed nullâ ratione vul- ganda, hoc præsertim tam corrupto sæculo, & ad perstringendos aliorum mores iniquè pro- cliui, ob quæ etiam domestici quidam (vt audi- ui anno 1594. ab eius intimo magno amico meo Antonio Gallonio, primo & accurato sanctissi- mæ eius vitæ scriptore) ei valde succensebant, & leuitatis arguebant, humano spiritu, tales Sanctorum insanias improbant. Quas sanctas tamen stultitias tanti fecit in S. Philippo Deus, vt eas per suum in terris Vicarium in Bullâ eius Canonizationis his ipsis verbis collau- dauerit: *In Christianâ mortificatione adeo præcelle- bat, vt merito habitus fuerit eiusdem virtutis singula- ris Magister: & imprimis mentis discursum, quem ipse*

rationalem nominare consueverat, assidue comprimere & captiuare in obsequium Christi studuerit, ideoq; ea plerumq; faciebat, & facienda proponebat aliis quae intuentibus animi potius leuitatem atque stultitiam saperent &c. Solet enim, ut ait Theodor. Diuinus amor magnam erga Deum concitare insaniam & diuinum amarorium facit Diuino quodam furore debacchari. Tali stultitia & insaniam ob Christi amore laborantes laudat Christus Dominus, S. Brigitta alloquens: Sunt, inquit, alij insipientes ad mundi delectabilia & honorem eius: & sapientes ad considerandum, quae Dei sunt: seruientes in obsequio eius. Hi veraciter sapientes sunt, quia sapit eis praeceptum Dei & voluntas eius: Ipsi veraciter illuminati sunt, & apertos habent oculos, quia semper considerant, quomodo veniant ad veram vitam & veram lucem. De talibus insipientibus dici potest id, quod scribit S. Bern. de tribus Magis, qui Christum abiecerunt in praesepio & inglorium adorauerunt: Insipientes facti sunt, ut serent sapientes: & praedocuit eos spiritus, quod postea praedicauit apostolus: Qui vult sapiens esse, stultus fiat ut sit sapiens. Alienae ergo debent esse a nobis tales censurae, dum videmus, vel audimus a viris pietatis studiosis, dici vel fieri aliqua nostro gustui & palato iniucunda. Interpretentur pie omnia. Nam sicut multa falsa, ut ait Arist. in Topicis, sunt probabiliora veris, ita multa nobis videntur reprehensione digna, quae tamen sunt supremo Iudici valde accepta. Alioqui timendum est, ne nos illam Christi Domini reprehensionem incurramus, quae habetur in Reuel. S. Brigittae, coram qua cum Christus laudasset confessionem Magdaleneae, dum coram conuictis pedes eius abluit, nil curans censuras conuictarum, subdit: Qui sunt, inquit, iudaei qui Lazarum querunt interficere? nisi illi qui ex eo indignantur, quod melius his viuitis, qui sublimia didicerunt loqui, & modica facere, qui saniores hominum sequentes, tanto contemptibilius contemnant facta aliorum, quanto minus dignantur vera & altiora intelligere? Tales sunt multi, qui de virtutibus sciunt disputare, sed non eas viuendo virtuose seruare. Qui autem victus a superbia spiritu, non vult seruare quae cognoscit sibi esse ex virtute facienda, saltem ne alios ea facientes damnet verbis & mente sola, sciatque vnam ex technis diaboli esse hanc, per quam conatur animam auertere ab amore Dei, dum ei suggerit hoc cogitandum, ut praemonuit Beatissima Virgo S. Brigittam: Deridere ab omnibus, si te nimis humiliabis & submittes. E contra illi qui Christi causam se humiliant in oculis hominum, pergant, non curent aliorum oculos, quorum demon est artifex. Nam, sicut diuinitus est reuelatum eidem S. Brigittae, Homines mundani dupliciter tales damnare, seu nocere conantur spiritualiter: Primo, verbis suis vituperant eos. Secundo, si possunt libenter eos operibus suis molestare, ut sit eos sibi in vita & actibus similes faciant, retrahendo eos a bonis inceptis. Sed homo Dei sic nouiter con-

27. or. de Chait.

l. i. in E. piph.

28.

l. 4. c. 72.

29.

30. l. 4. Reu. cap. 75.

l. 4. Reu. cap. 79.

uersus ad vitam spirituales, istos tales malignos homines optime vincere potest, si contra verba sibi contraria, patientiam habuerit, & si tunc frequentius & seruentius bona opera spiritualia, & diuina ipsi videntibus exercuerit. Quae confusiois exempla licet omnibus placere debeant, ab his tamen peculiariter studio exhibenda sunt, qui vanitatis spiritu laborant, ut hac ratione iuxta praescriptum medicorum rebus contrariis morbum abigant. Sic Deus ipse conuictam Senis Anachoretæ saauit superbiam, Nam, uti scribitur in Viris Patrum, cum Senex quidam solitarius in eremo, cogitasset se perfectum esse has ad Deum preces fudit: Ostende quid desit perfectioni meae, ut faciam. Volens autem Deus humiliare cogitationes eius dixit: Vade ad illum Archimandritam, & quicquid dixerit facito. Reuelatus autem Deus Archimandrita illi, antequam ille ad ipsum veniret, dicens: Ecce solitarius ille venit ad te. Dic ergo ei, ut tollat flagellum, & vadat & pascat tibi porcos. Veniens ergo senex, pulsauit ostium, & ingressus ad Archimandritam salutauit eum: cum autem sederent, dixit illi solitarius ille qui venerat: Dic mihi, quid faciam ut sim solitarius: Et ille dixit: Facies me, quodcumque dixerero tibi: & respondit: Faciam, & dixit ei: Ecce tolle flagellum, & vade, pascite porcos hos. His autem qui eum nouerant, & audierant de eo, cum viderent quia porcos pasceret, dicebant: Vidistis illum magnum Solitarium, de quo mira audiebamus: Ecce stupuit cor eius, & a demonio vexatur, & pascit porcos. Videns autem D. Iesus humilitatem eius, quia ita patienter sustinebat opprobria hominum, praecipit ei iterum redire ad locum suum. Discamus ergo a Deo, humilitationis & confusiois actibus elidere superbiam, Deique talia & probantis & suadentis iudicio nos conformare.

Non curemus ergo contraria aliorum iudicia, quia Dei iudicium probat confusiois, eius causa susceptas, pluris est faciendum, uti docent exempla Sanctorum magnorum, qui ex Diuina voluntate fecerunt varia, cum magna sui confusione & pudore coniuncta, uti ponderant S. Ambr. Capita, inquit, & supercilia sua tradidit, qui Iesu suscipiunt facta: quod si Christianus vir attentior sacrosanctae Religionis vestem mutauerit, indignum facinus appellant. Equidem doleo tantum esse in mendacio obseruantiam, in veritate negligentiam, ut confundantur plerique, attentiores ad sacrosanctam Religionem videri, non considerantes vocem dicentis: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in caelis est. Sed non confusus est Moyses qui cum esset adscitus in domum regiam, thesaurus Aegypti opprobrium Christi praefendum, putauit. Non confusus est David, qui ante arcem testimonij coram omni populo saltauit. Non confusus est Isaias, qui nudus & discalceatus per populos ibat, ut acula clamans caelestia Nam uti ipsemet scribit, cum sibi a Deo dici audiret: Vade & solue saccum (hoc est cilicium contextum de pilis caprarum vel camelorum, quod loco indusij ferebat, uti & S. Ioa. Baptista & alij) de lumbis tuis, & calcameta tua tolle de pedibus tuis, statim obediit Deo: uti dicitur eod. vers. 2. Fecit sic vadens

31. l. 1. libel. c. 10. p. 2. Ro. l. 1. c. 12. p. 1.

31.

31.

l. 4. ep. 16. ad Sibinam Episcopum

Mar. 1. 1. c. 1. p. 1.

Hebr. 1. Reg. 6. l. 1. c. 1. p. 1.

ver. 11.

vadens nudus & discalceatus. Quod non per visionem & in visione fecit, sed verè, & re ipsa, ut asserunt SS. Hieronym. Cyrill. Haymo, Dionysius, Cornelius noster, contra Sanctum in Comm. & Clem. Alex. lib. 2. Pædag. Theodor. 1.6. c. 35. in hist. rel. sect. 26. & indicat S. Ambrosius in Psal. 39. & clarè alibi asserit. Ita confudit se vit tantus ex genere Regis oriundus, ut scribit S. Hieronym. in Hebræorum traditionibus & communiter omnes commentatores. Et hoc modo etiam sine vllis subligaculis (uti contra Piatum & Montanum benè probat in Commentario noster Cornelius) incessit coram omni populo, ut ei portenderet extremitatem in captivitate tum ignominiam, tum spoliationem, & paupertatem, quam per triennium in Ægypto & Æthiopiâ pati debebant ab Assyriis: & hoc modo nudus omnino totus, non erubuit mediâ die incedere, idque per triduum, ut putat Cornelius, & dicit Ambrosius, vel per triennium, ut exultimat Forerius insignis Itatæ Commentator, & primus ferè post SS. Patres ex Ordine Prædicatorum, gestis in Concilio Tridentino celebris. Quamvis enim id præberet occasionem summi pudoris, & res videretur indecens valdè & facta, tamen, ut inquit S. Hieronymus in Comm. nihil honestius est Dei præceptis.

34. Quæ honestas etiam Abrahamum induxit, ut non tantum denudaret se, sed etiam ob Dei voluntatem præputium sibi abscindi pateretur, eamque ceremoniam aliis quoque adultis servandam præscriberet, non tantum infantibus. Atque ita S. Ambrosius loc. cit. *Isaiam non ludibriosè, sed gloriosissimè denudatum esse ait, in conspectu populorum occursum, etsi nudus omnino iret per populos, & ei & virilis sexus & muliebris occurreret.*

35. Simili modo Ieremiam iussit Deus: *Fac tibi vincula & catenas, & pones eas in collo tuo.* Id est, impone collo tuo funes seu lora, quibus iugum collo aut cornibus bouum alligatur ad arandum, & catenas ligneas instar furcarum: quæ, ut ait Varro, similes erant literæ V. & à seruis portabantur in speciem trianguli, ut porcis imponuntur, ne sepes perumpant. Quo genere mortificationis portendebatur Nabuchodonosorem iugum seruitutis omnibus gentibus imposturum, eò quod ipsi, præsertim Iudæi suave Dei iugum excusserint, dixerintque: *Non seruiam.* Hoc ergo modo Ieremias, more captivi & vilissimi mancipij victus, prodiit in publicum non sine rubore & confusione, eam (ut Deo obediret) contemnens, & adhuc magis confusus, postquam (ut capite sequenti refertur) Pseudopropheta Ananias (qui vers. 1. vocatur Propheta de Gabaon) contraria dictis Ieremiæ prædixit: *In domo Domini coram Sacerdotibus, & omni populo, & tulit catenam de collo Ieremiæ Propheta, & confregit eam, & ait in conspectu omnis populi dicens: Hæc dicit Dominus: Sic confringam iugum Nabucho-*

donosor Regis Babylonis, post duos annos dierum de collo omnium gentium. Quo audito Ieremias acceptâ hac iniuriâ atque contumeliâ, inquit Cornelius, tacuit & patiens abiit, ut v. 12. subditur: *Et abiit Ieremias Propheta in viam suam.*

Magis adhuc Deus confudit Ezechielem Prophetam: iussit enim eum dormire & cubare super latus suum sinistrum per 390. dies (ad septuaginta hoc situ pœnam Israelitarum iniquitatibus debitam, & ad sustinendum pro iis pœnas, simulque ad supplicandum pro veniâ eis impetranda) *super latus vero dextrum pro iniquitate domus 40. diebus, & circumdedit eum vinculis, id est, fecit eum à cognatis ligari tanquam insanum, ut explicant Vatablus & Pradus, & colligitur ex cap. 3. vers. 25. ubi idem ei Deus prædixit: imò & mutum eum fecit, & linguam eius fecit adherere palato.* Pro cibo, autem eius Deus designavit per omnes illos dies decubitus *frumentum & hordeum & fabam & lentem, & milium & viciam*: vicia autem cibos equorum & pecorum est, inquit Cornelius: quod S. Hieron. in Comm. vertit auenam. Symmachus ex Aquilâ Zeas, id est, spelteam. Ex quibus sibi debebat totidem coquere panes, quorum singulos comesturus erat illis 430. diebus; comesturus autem erat singulis diebus, non quantum vellet, sed in ponderè certo, scilicet 20. stateres in die, uti solet in magnâ fame vrbis oblesse. In Hebræo est 20. *scelos*, Siclus autem, teste Hieronymo & Iosepho, 4. drachmas ponderabat. Drachmæ octo vnam faciunt vnciam: 20. ergo stateres, inquit Cornelius & Tirinus, sunt decem vncia, quæ necdum vnam librari (quæ 12. vnciis constat) efficiunt. Quibus proinde per diem trahitur magis anima, quam sustentatur. At Theodoretus & Polychr. 20. stateres æquant tantum tribus vnciis, alij quinque vnciis, id est, tam exiguè quantitatis panis, quanta præscribitur in Italiâ à nostris, pro collatione vespertinâ in Quadragesima & ieiuniis. *Quæ mensura cibi & potus, inquit idem Tirinus, non tam vires augebant, quam mortem prohibebant.* Pro potu verò eius, per hos 430. dies Deus solam aquam designavit, eamque non ad satietatem, sed in mensurâ sextæ partis *hin*: id est, ut explicat Cornelius, duos sextarios Italicos, hoc est, ut ait Tirinus, *vnciis 26. cum duabus tertiis.*

Potro in modo pensendi hos panes magna fuit confusio & mortificatio Prophetæ: siquidem Deus illos non iussit in clibano coqui, uti honestiores coquuntur, sed sub cinere, ut moris est rusticis coquere suos hordeaceos panes. *Et quasi subcinereum hordeaceum comedes illud, & stercore quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum.* Hoc est, coques illos sub cinere stercoris humani exsiccati, sicut loco lignorum, in eorum defectu, rustici vntur cespite, vel stercore sicco boni, inquit Cornelius & Tirinus, qui citant Rabbi David, Marinum, Forsterum, Pagni-

gnum in Lexicis, Pintum, Vatablum, Lyranum, Maldonatum, Pradum in Comm. & sic suos panes Ezechielem iussit coquere in oculis eorum. Sed cum Ezechiel, uti ex honesta & nobilitate familia natus, quippe Sacerdos, deprecatur, ne tam immundam rem comederet, indulsit Deus, ut adhiberet simum bouum pro stercorebus hominis, & ita panem suum faceret in eo.

His non contentus Deus, iubet Prophetam c. 5. caesariem & alioqui prolixam barbam habentem, uti apparet ex eius effigie de prompta ex peritissimo manuscripto codice Vaticano, & expressa initio Commentariorum Cornelij à Lapide in prophetiam Ezechielis iussit, inquam, eum Deus radere caput & barbam, quæ apud antiquos alebatur, etiam à Iuliano Apostata, & à Romanis, & pilos abrasos in statera ponderis diuidere in tres partes. Eorum verò tertiam partem igni comburere, in medio ciuitatis, aliam verò partem dispergere in ventum, & ex sparsis in ventum, iussit eorum paruum numerum sumere & ligare in summitate pallij sui, item in extremitate & ora eius, & ex eis rursus partem tollere & proticere in ignem & comburere.

Post hæc iussit Deus Prophetam manu percutere femur, & pede plodere, tetramque pulsare. Post ista, iussit eum egredi ex urbe, & sua efferre, sed non per portam, verum per foramen in pariete à se ipso fodiendo, & exire in humeris alienis. Ita Deus Sanctis suis suppeditat confusionis materiam.

Ex minoribus Prophetis primo Osee, viro honesto & celebri non per visionem, ut aliqui putant, sed re ipsa iussit Deus ducere uxorem meretricem, fornicationibus valde infamem, ex eaque liberos suscipere. Vti exponunt Theodor. Cyrill. Hebræi, S. Augustinus, Basilius in cap. 8. Isaia, Irenæus l. 4. c. 37. S. Thomas, idque ad perpetuò cohabitandum cum illa, ut in Comm. ostendit Cornelius.

Quorsum hæc Deus fieri voluit? Respondeo. Præter Propheticas prædictiones, non tantum verbis, sed etiam factis exprimendas ipsis, inquit, Cornelius in c. 64. Ezechielis ante finem; Deus his exemplis docet iubetque, suos stultescere mundo, ut sapiant Deo. Hac de causa eis imperauit paradoxa, & à communis vitæ usu abhorrentia, ut eos aliosque doceret, tum simplicem obedientiam, tum perfectum sui mundi contemptum. Ita veteres Asceta & Monachi suos exercebant, paradoxa quedam & in specie supra eis præcipiendo, &c. Hanc sanctam sapientiam passim docuit verbo & exemplo S. Franciscus, B. Iuniperus, B. Iacoponus & similes alij, quin & Apostoli ac S. Paulus, dum passim prædicat Crucem Christi, Iudæis scandalum gentibus stultitiam; Audi eum: Putoque, quod Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo & Angelis & hominibus: Nos stulti propter Christum &c. maledicimur, & benedicimur, persecutionem patimur,

& sustinemus; blasphemamur & obsecramur, tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsa usque ad hunc. Hæc Cornelius à Lapide.

His sanctis insantiendi rationibus (ut phraasi Signatij vtar) adnumeranda est saltatio Dauid Regis ante Arcam Domini instituta, quæ cum transferretur de domo Obededon ad ciuitatem Dauid, hoc est, in arcam Sion (ut patet ex c. 5. vers. 7. 9. & 1. Paral. 15. 1.) collocanda in tabernaculo nouo (1. Paral. 16. 1.) Dauid septem choros secum ducens, & victimam vitulis ad sextum quæque passum, immolabat bouem & arietem, & accinctus Ephod lineo, veste sacerdotali, Exo. 28. 1. seu, ut vocatur 1. Paral. 15. 27. stolâ byssinâ, saltabat totis viribus ante Dominum. Quem saltum cum vxor Dauidis Michol per fenestram vidisset, despesit eum in corde suo, vers. 16. & redeunti Dauidi domum occurrens dixit, vers. 20. Nudatus es quasi vnus de furtis, eo plane spiritu imptobans mariti saltationem, quo politici solent mortificationes publicas, pudorem & erubescientiam adferentes. Cuius illo verba contemnens non tantum non doluit, quod fecerat, sed dixit vers. 22. Vltor fiam plus quam factus sum, & ero humilis in oculis tuis. En fructus talium mortificationum, acquisitio humilitatis quo facto, ut ait S. Ambrosius, docuit contentum regalis potentia non habendum, vbi Religioni exhibetur obsequium.

Quid ergo inde secutum? Duo secuta sunt. Primo, parita est sterilitate Michol, quia non est ei natus filius, vsque in diem mortis sue. Et licet S. Hieronymus citatus à Mendoza in libr. 1. Reg. c. 2. n. 10. annot. 15. sec. 2. n. 33. dicat peperisse filium nomine Iacrah, eodem die quo obiit, ideoque dictum esse 2. Reg. 6. vlt. non peperisse vsque in diem mortis sue, tamen mater Iacrah 1. Paral. 3. 3. qui pro hac re citatur, ibi non Michol appellatur, sed Egla, quam esse eandem cum Michol probandum esset ex Scripturâ, in quâ id non reperitur, quod eò certius est Diuinæ punitionis argumentum, improbantis, supplicio feminis maxime in lege veteri grauissimo, immixtæ sterilitatis. Quia constat ex Scripturâ Michol alias non fuisse sterilem, quippe quæ filios genuerat Hadrieli. 2. Reg. 21. 8. cuius ante coniugium cum Dauid vxor erat. 1. Reg. 18. 19.

Merito ergo hæc Dauidis publica sui confusio ad Dei cultum & humilitatis meritum suscepta laudatur à Sanctis, & contrarius spiritus damnatur etiam ab hæreticis Commentatoribus, nam, ut in suis notis dicunt Immanuel Tremellius, & Franciscus Iunius Caluiniſta, propter hanc suam in Deum, & in maritum ac Regem contemptum, sterilitatis perpetuo probro affecta est. Sic S. Ambrosius cum laudasset Dauidem saltu suo coram Arcâ confusum sui non curasse, subdit: Quid tam deforme visibili spectaculo, quam h-

*frionicos simulare gestus? & semineo vsu mollire mē-
bra: delictarum comes & luxuria ludibrium est lasci-
ua saltatio. Quid illud quod ipse cecimus dicens (Ps. 46.)
omnes gentes plaudite manibus? nempe si corporalia
consideremus tanquam muliebribus intermerum cho-
reis putamus eum concrepare manibus & turpi sono
plaudere. Nam & de Ezechiele dictum est: Plaudite ma-
nu, & percutite pedes, sed hac quoque corporeo aspectu
sunt turpia sacrosanctæ Religionis contemplatione re-
uerenda sunt: ut qui ista reprehendant, ipsi in laqueos
reprehensionis animas suas inducant. Et relata histo-
riâ David saltantis, ac dato responso vxori, sal-
tationem eius improbandi, subdit: Non erubuit
David semineas opiniones, nec opprobria apud mulie-
res subire pro Religionis obsequio verendatius est. In-
debat enim Domino puer suus, & idem amplius placuit,
quia ita se humiliavit Deo, ut Regale post haberet fasti-
gium, & vltimum exhiberet Deo, quasi seruulus mini-
sterium. Denique illa que saltationem huiusmodi re-
prehendit, sterilitatis damnata, non dedit sobolem Re-
giam, ne superbos crearet, & quod verum est, nullam
est adepta posteritatis sue meritorumque successionem.
Et infra: Hæc gloriosa sapientis saltatio, quæ saltavit
David: & idem vsque ad sedem Christi humilitate
spiritualis saltationis ascendit, ut videret, atque audi-
ret, decem Dominum Domino suo; Sede à dextris
meis.*

Hoc ipsum ponderans S. Bernardus: Ludam,
inquit, & vitior suam, ludam scilicet ut illudat. Bonus
ludus quo Michol irascitur, & Deus delectatur. Bonus
ludus, qui hominibus quidem ridiculum, sed Angelis
pulcherrimum spectaculum præbet. Bonus, inquam, lu-
dus, quo efficitur opprobrium abundantiis & despe-
ctio superbis. Nam reuera, quid aliud secularibus, quam
ludere videmus, cum quod ipsi appetunt in hoc seculo,
nos per contrarium fugimus, & quod ipsi fugiunt, nos
appetimus: more scilicet iaculatorum & saltatorum,
qui capite misso deorsum pedibusque, sursum erectis præ-
ter hominum vsu sunt manibus vel incedunt, & sic
in se omnium oculos deprimunt. Non est hic ludus pueri-
lis, non est de theatro &c. Sed est ludus incundus, hone-
stus, grauis, spectabilis, qui celestem spectatorum dele-
ctare potest aspectus. Hoc casto & religioso ludo lude-
bat, qui dicebat: Spectaculum facti sumus mundo &
Angelis & hominibus. Hoc ludo & nos interim luda-
mus, ut illudamur, confundamur, humiliemur, donec
veniat, qui potentes deponit, & exaltat humiles, qui nos
lasciet, glorificet, in æternum exaltet. Hæc S. Ber-
nardus.

Ad hanc confusionem publicarum seu mor-
tificationum classem referri potest exemplum
cuiusdam nominati Prophetæ, quem Iosephus
& noster Sanctus putant fuisse Michæam, ut
probabile videtur, si conferatur cum gestis eius,
& incarceratione eiusdem (de qua 3. Reg. 22. 8.
& sequentibus) qui ut legitur 3. Reg. 20. 35. iussit
se à socio suo percuti, Percute me, id est, ut bene
explicat Tirinus, vulnera me: & ut colligitur
ex v. 37. qui cum nolisset percutere, percussus
est statim diuinitus à Leone, ut ipsi prædixerat

Propheta num. 36. 37. Tandem cum alterum vi-
rum inuentum rogasset, Percute me; percussit
eum, & vulnerauit, & ita vulneratus occurrit
Regi Achab in via, & mutauit aspersione pul-
ueris os & oculos suos, & dixit ei, quæ dicenda
erant. Hic quoque est mortificatio quædam
publica non vna, ob finem bonum ex Dei vo-
luntate, ut dicitur v. 35. suscepta. Quod factum
ponderans S. Chrysostomus: Quid hoc absurdum
in iudicis
10. 5. or. 1.
qui percussit Prophetam euasit incolumis, qui pepercit,
dedit penas: nimirum ut intelligeretur in iussis Diui-
nis non oportere curiosum esse examinare, rerum, quæ
præcipiuntur, naturam, sed nihil aliud, quam obtem-
perare &c. semper apud te potior sit ratio, quid Deus
præcipiat, quam quæ sit negotiorum natura. Placuisse
autem Deo hanc confusionem publicam, patet
tam quia Deus ipse impetauit, ut patet ex v. 35.
tum quia morte violenta approbata est, diuini-
tus immittit socio Prophetæ, qui noluit coope-
rari ad illam, etsi id noluerit procul dubio ex
pietate & reuerentiâ erga Prophetam, non ex
aliquo malo affectu, tum quia Deus remuneratus
est Prophetæ caræ obedientiam, & hanc
sui publicam confusionem, curando illud vul-
nus inflictum Prophetæ, per supernaturalem
virtutem, uti putat Abulensis, citans pro hac
sententiâ S. Chrysostomum tom. 5. or. 1. in Iu-
dæos, in quâ tamen id non inueni à S. Chryso-
stomô dictum.

Huc referri potest consilio S. Petri Aposto-
li, quam sustinuit dum esset reprehensus à Pau-
lo Apostolo se minore, & tanquam reprehensi-
bilis toti mundo proclamatus in Epistola ad
Galatas: quod tamen Petrus, æquo tulit animo,
imò & honorauit Paulum, uti sancti Patres
ponderant. Ecce, inquit S. Gregorius, Paulus in E-
pistolis suis scripsit Petrum reprehensibilem, & ecce Pe-
trus in Epistolis suis asserit Paulum in his, quæ scripsit,
admirandum. Pensate ergo, in quo mentis vertice ste-
tit, qui illas Epistolas laudauit, in quibus scriptum se
vituperabilem inuenit. Quæ illa mansuetudo tanta esse
potuit: quæ quies animi: quæ soliditas atque impertur-
batio cogitationis: Ecce à minori suo reprehenditur, &
reprehendi non dedignatur. Non ad memoriam reuo-
cat, quod primus ad Apostolorum vocatus est, non quod
claves regni cælestis accepit, non quod peccata quæcun-
que in terra soluerit, essent soluta & in celo: non quod
in mari pedibus ambulauerit: non quod paralyticos in
Iesu nomine iubendo erexerat, non quod egros corporis
sui vmbra sanauerat, non quod mentientes verbo occi-
derat: non quod mortuos oratione suscitabat. Ne igitur
increpationis verba dedignaretur audire, omnia bona,
quæ acceperat, quasi à memoria repulsi, ut vnum forti-
ter donum humilitatis teneret.

Cum ergo & Deus publicas mortificatio-
nes, valde magnam confusionem adferentes, &
Sancti magni omnibus seculis, partim Dei iussu
expresso, partim propria voluntate ex Spiritus
sancti impulsu, eas & præscripserint aliis & ipsi
in se adhibuerint; & ipsi Ethnici prudentiores

Hebr. 12.
lib. 2 de
pen. c. 6.
Vide S.
Chrysof.
h. 8 in ep.
Hebr.

magnam hac in re honestatem agnouerint, amanda sunt quaerendaque tum ob augmentum meriti, tum ob exemplum Christi, qui, ut ponderat Apostolus, *sustinuit crucem, confusione contempta*. Nam, ut ait S. Ambrosius, *Totum decet, quicquid deservit Religioni, ut nullum obsequium, quod proficiat ad cultum & observantiam Christi, erubescamus*. Et, ut monet S. Ioannes Climacus discipulus de antiquorum publicis mortificationibus, confusione causa susceptis, quibus mundano fastu pleni offenduntur, *Non metuent*, inquit, *qui huiusmodi sunt, neque curabunt hominum offensam. Vbi enim Dominus nos audire paratus est, ibi omnia facere tuum valeamus: praestat enim contristare homines quam Deum. Gaudet quippe Deus cum nos conterenda vanissima elationis causa prompte videt ad ignominias currere. Hoc in Diogene etiam laudavit S. Basilius, dum eum laudat ob contemptum omnium rerum mundanarum, inter quas erat contemptus bonae existimationis & famae: & S. Hieronymus eum appellat, *natura victorem humane*.*

orat. de
legend.
lib. gentil.
infor.

l. 2. ad ho.
uinian.

CAPVT QVINTVM.

Quas ob causas tantoperè placeat Deo nostri confusio?

42.

Quod si quaeras, quam ob causam tantoperè Deo placeat, & nobis proficit, nostri ex Dei amore quaesita confusio atque contemptus?

Respondeo, duas praecipue huius rei causas esse. Primò, quia per nullam rem magis virtus profundae humilitatis, se prodit, adeò Deo accepta (vbi supra capite secundo ostensum est), quemadmodum per confusione nostram, vel sponte quaesitam, vel infectam ab aliis libenter toleratam, quam sanctus quidam Abbas, apud Ioannem Climacum, esse ita Religioso necessaria dixit, sicut est necessaria aqua bonae & frugiferae terrae, ut sit fructuosa. Est enim omnibus hominibus innatus, instar cuiusdam fomitis, ingens laudis, gloriae & honoris appetitus, in quo expugnando humilitas laborat, cuius humilitatis praecipua proprietas est, ut S. Climacus docet, *ignominia suavisissima & dulcissima perpestio*.

43.

Ab hoc autem nostra natura vehementer abhorret, sed ad cupiditatem laudis, honoris, & gloriae vehementer propendet. Ideò Cassianus & S. Bernardus, libro de ordine vitae, hoc vitium aiunt esse in peccato primum, & in consuetu vitium. & S. Climacus gradu 25. ait, *Naturam non facile ab appetitu gloriae posse seruari illasam: vsque adeò, ut solo naturae lumine edoctus Tacitus, scriptum reliquerit, gloriae cupiditatem, etiam Sapientibus nouissime exui*. Cum ergo per confusione & contemptum nostri hic appetitus glo-

44.
Cassian.
l. 12. c. 1.
Bern. de
ord. vit.
col. 11.
l. 4. hist.

riae, & gloria ipsa, ac honor per humilitatem prosteratur, adeò carus, & gratissimum inde sacrificium Deo offertur, heroicae humilitatis cōditum.

riae, & gloria ipsa, ac honor per humilitatem prosteratur, adeò carus, & gratissimum inde sacrificium Deo offertur, heroicae humilitatis cōditum.

Secunda causa est, efficax amor, quem erga Deum ostendunt sui confusione ex Dei amore quaerentes. Bene enim ait S. Diadochus, *Oportet nos omnem honorem atque gloriam contemneri, propter excellentes diuitias amoris erga Deum, qui vere nos amat*. Quibus verbis Sanctus iste, & eximius vitae spiritualis Pater, docet non qualemcunque erga Deum amorem, sed diuitem, & excellentibus diuitiis plenum in nostri confusione, & in conculcatione proprii honoris ac gloriae contineri. *Probrum autem, & dedecus quid sit ignorat charitas*, inquit S. Chrysolomus, *imò de eo gloriatur. Ideò Apostolus nolebat in vlla alia re gloriari, etiam postquam in Cruce Christi*. Poterat, ait S. Augustinus, *gloriar*

in sapientia Christi, & verum diceret, poterat in Maiestate: poterat in potestate, & verum diceret, sed dixit, in Cruce. Vbi mundi Philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit, ut qui gloriatur in Domino gloriatur. Quo Domino: Christo Crucifixo: vbi humilitas, ibi maiestas: si vis ad illam venire, noli ista contemneri, noli erubescere: idem in fronte, tanquam in sedē pudoris, signum crucis accepisti. Verè enim scripsit S. Ignatius, amorem suum esse, in mutua rerum communica-

*tione. Qui ergo Deo offert, rem sibi charam, maximè in se radicatam, ad quam maximè propendet natura, opulentum Deo munus & donum offert, dum eo, pro eius dilectione, se priuat. Nam, ut Christus dixit S. Brigitta, illud est acceptius Deo, quando hoc ei offertur, quod homo magis diligit, & vnde alij possunt plus ad animam edificari. Ergo hoc dandum est Deo, quod homo charus habet suae affectu suae corpore. Cum ergo charissimus sit homini honor, laus, gloria, bona fama; & ut ait S. Bernardus, cum rationalis creatura, adeò affectu gloriam, ut aut vix, aut nunquam ab hoc compelli desiderio possit, quippe quae ad imaginem facta est Creatoris, dum per confusione actus gloriae & famae se priuat, vel saltem priuare conatur, rem Deo charissimam offert, & genus quoddam inuicti Martyrii subit. Occidit enim in se affectum maximè viuum, & in paucis omnino Sanctis multò ante corporis mortem, gladio abnegationis & mortificationis occidi solitum. Quae occisio rei nobis maximè charae, plurimum placet Deo. Hinc B. Maria Magdalena de Pazzis aiebat, Deum à suis creaturis exigere rectam mortem, & sine illa nihil fieri: & qui accedit ad seruitium Dei, cum aliud non facere, quam per mille vias & modos quouis momento sibi mortem inferre. Quod hac ratione declarabat: *Vita nostra carnis est voluptas, & sensualitas: mors carnis est adimere illi omnem delectationem, & gustum, & domare illam ieiunio, vigiliis, & aliis asperitatibus. Vita iudicij & voluntatis propriae, est disponere de se, & rebus suis proprio arbitrio: mors eius est subistere hac iudicio & voluntati aliena*.*

in sapientia Christi, & verum diceret, poterat in Maiestate: poterat in potestate, & verum diceret, sed dixit, in Cruce. Vbi mundi Philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit, ut qui gloriatur in Domino gloriatur. Quo Domino: Christo Crucifixo: vbi humilitas, ibi maiestas: si vis ad illam venire, noli ista contemneri, noli erubescere: idem in fronte, tanquam in sedē pudoris, signum crucis accepisti. Verè enim scripsit S. Ignatius, amorem suum esse, in mutua rerum communica-

*tione. Qui ergo Deo offert, rem sibi charam, maximè in se radicatam, ad quam maximè propendet natura, opulentum Deo munus & donum offert, dum eo, pro eius dilectione, se priuat. Nam, ut Christus dixit S. Brigitta, illud est acceptius Deo, quando hoc ei offertur, quod homo magis diligit, & vnde alij possunt plus ad animam edificari. Ergo hoc dandum est Deo, quod homo charus habet suae affectu suae corpore. Cum ergo charissimus sit homini honor, laus, gloria, bona fama; & ut ait S. Bernardus, cum rationalis creatura, adeò affectu gloriam, ut aut vix, aut nunquam ab hoc compelli desiderio possit, quippe quae ad imaginem facta est Creatoris, dum per confusione actus gloriae & famae se priuat, vel saltem priuare conatur, rem Deo charissimam offert, & genus quoddam inuicti Martyrii subit. Occidit enim in se affectum maximè viuum, & in paucis omnino Sanctis multò ante corporis mortem, gladio abnegationis & mortificationis occidi solitum. Quae occisio rei nobis maximè charae, plurimum placet Deo. Hinc B. Maria Magdalena de Pazzis aiebat, Deum à suis creaturis exigere rectam mortem, & sine illa nihil fieri: & qui accedit ad seruitium Dei, cum aliud non facere, quam per mille vias & modos quouis momento sibi mortem inferre. Quod hac ratione declarabat: *Vita nostra carnis est voluptas, & sensualitas: mors carnis est adimere illi omnem delectationem, & gustum, & domare illam ieiunio, vigiliis, & aliis asperitatibus. Vita iudicij & voluntatis propriae, est disponere de se, & rebus suis proprio arbitrio: mors eius est subistere hac iudicio & voluntati aliena*.*

in sapientia Christi, & verum diceret, poterat in Maiestate: poterat in potestate, & verum diceret, sed dixit, in Cruce. Vbi mundi Philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit, ut qui gloriatur in Domino gloriatur. Quo Domino: Christo Crucifixo: vbi humilitas, ibi maiestas: si vis ad illam venire, noli ista contemneri, noli erubescere: idem in fronte, tanquam in sedē pudoris, signum crucis accepisti. Verè enim scripsit S. Ignatius, amorem suum esse, in mutua rerum communica-

*tione. Qui ergo Deo offert, rem sibi charam, maximè in se radicatam, ad quam maximè propendet natura, opulentum Deo munus & donum offert, dum eo, pro eius dilectione, se priuat. Nam, ut Christus dixit S. Brigitta, illud est acceptius Deo, quando hoc ei offertur, quod homo magis diligit, & vnde alij possunt plus ad animam edificari. Ergo hoc dandum est Deo, quod homo charus habet suae affectu suae corpore. Cum ergo charissimus sit homini honor, laus, gloria, bona fama; & ut ait S. Bernardus, cum rationalis creatura, adeò affectu gloriam, ut aut vix, aut nunquam ab hoc compelli desiderio possit, quippe quae ad imaginem facta est Creatoris, dum per confusione actus gloriae & famae se priuat, vel saltem priuare conatur, rem Deo charissimam offert, & genus quoddam inuicti Martyrii subit. Occidit enim in se affectum maximè viuum, & in paucis omnino Sanctis multò ante corporis mortem, gladio abnegationis & mortificationis occidi solitum. Quae occisio rei nobis maximè charae, plurimum placet Deo. Hinc B. Maria Magdalena de Pazzis aiebat, Deum à suis creaturis exigere rectam mortem, & sine illa nihil fieri: & qui accedit ad seruitium Dei, cum aliud non facere, quam per mille vias & modos quouis momento sibi mortem inferre. Quod hac ratione declarabat: *Vita nostra carnis est voluptas, & sensualitas: mors carnis est adimere illi omnem delectationem, & gustum, & domare illam ieiunio, vigiliis, & aliis asperitatibus. Vita iudicij & voluntatis propriae, est disponere de se, & rebus suis proprio arbitrio: mors eius est subistere hac iudicio & voluntati aliena*.*

in sapientia Christi, & verum diceret, poterat in Maiestate: poterat in potestate, & verum diceret, sed dixit, in Cruce. Vbi mundi Philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit, ut qui gloriatur in Domino gloriatur. Quo Domino: Christo Crucifixo: vbi humilitas, ibi maiestas: si vis ad illam venire, noli ista contemneri, noli erubescere: idem in fronte, tanquam in sedē pudoris, signum crucis accepisti. Verè enim scripsit S. Ignatius, amorem suum esse, in mutua rerum communica-

*tione. Qui ergo Deo offert, rem sibi charam, maximè in se radicatam, ad quam maximè propendet natura, opulentum Deo munus & donum offert, dum eo, pro eius dilectione, se priuat. Nam, ut Christus dixit S. Brigitta, illud est acceptius Deo, quando hoc ei offertur, quod homo magis diligit, & vnde alij possunt plus ad animam edificari. Ergo hoc dandum est Deo, quod homo charus habet suae affectu suae corpore. Cum ergo charissimus sit homini honor, laus, gloria, bona fama; & ut ait S. Bernardus, cum rationalis creatura, adeò affectu gloriam, ut aut vix, aut nunquam ab hoc compelli desiderio possit, quippe quae ad imaginem facta est Creatoris, dum per confusione actus gloriae & famae se priuat, vel saltem priuare conatur, rem Deo charissimam offert, & genus quoddam inuicti Martyrii subit. Occidit enim in se affectum maximè viuum, & in paucis omnino Sanctis multò ante corporis mortem, gladio abnegationis & mortificationis occidi solitum. Quae occisio rei nobis maximè charae, plurimum placet Deo. Hinc B. Maria Magdalena de Pazzis aiebat, Deum à suis creaturis exigere rectam mortem, & sine illa nihil fieri: & qui accedit ad seruitium Dei, cum aliud non facere, quam per mille vias & modos quouis momento sibi mortem inferre. Quod hac ratione declarabat: *Vita nostra carnis est voluptas, & sensualitas: mors carnis est adimere illi omnem delectationem, & gustum, & domare illam ieiunio, vigiliis, & aliis asperitatibus. Vita iudicij & voluntatis propriae, est disponere de se, & rebus suis proprio arbitrio: mors eius est subistere hac iudicio & voluntati aliena*.*

in sapientia Christi, & verum diceret, poterat in Maiestate: poterat in potestate, & verum diceret, sed dixit, in Cruce. Vbi mundi Philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit, ut qui gloriatur in Domino gloriatur. Quo Domino: Christo Crucifixo: vbi humilitas, ibi maiestas: si vis ad illam venire, noli ista contemneri, noli erubescere: idem in fronte, tanquam in sedē pudoris, signum crucis accepisti. Verè enim scripsit S. Ignatius, amorem suum esse, in mutua rerum communica-

*tione. Qui ergo Deo offert, rem sibi charam, maximè in se radicatam, ad quam maximè propendet natura, opulentum Deo munus & donum offert, dum eo, pro eius dilectione, se priuat. Nam, ut Christus dixit S. Brigitta, illud est acceptius Deo, quando hoc ei offertur, quod homo magis diligit, & vnde alij possunt plus ad animam edificari. Ergo hoc dandum est Deo, quod homo charus habet suae affectu suae corpore. Cum ergo charissimus sit homini honor, laus, gloria, bona fama; & ut ait S. Bernardus, cum rationalis creatura, adeò affectu gloriam, ut aut vix, aut nunquam ab hoc compelli desiderio possit, quippe quae ad imaginem facta est Creatoris, dum per confusione actus gloriae & famae se priuat, vel saltem priuare conatur, rem Deo charissimam offert, & genus quoddam inuicti Martyrii subit. Occidit enim in se affectum maximè viuum, & in paucis omnino Sanctis multò ante corporis mortem, gladio abnegationis & mortificationis occidi solitum. Quae occisio rei nobis maximè charae, plurimum placet Deo. Hinc B. Maria Magdalena de Pazzis aiebat, Deum à suis creaturis exigere rectam mortem, & sine illa nihil fieri: & qui accedit ad seruitium Dei, cum aliud non facere, quam per mille vias & modos quouis momento sibi mortem inferre. Quod hac ratione declarabat: *Vita nostra carnis est voluptas, & sensualitas: mors carnis est adimere illi omnem delectationem, & gustum, & domare illam ieiunio, vigiliis, & aliis asperitatibus. Vita iudicij & voluntatis propriae, est disponere de se, & rebus suis proprio arbitrio: mors eius est subistere hac iudicio & voluntati aliena*.*

in sapientia Christi, & verum diceret, poterat in Maiestate: poterat in potestate, & verum diceret, sed dixit, in Cruce. Vbi mundi Philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit, ut qui gloriatur in Domino gloriatur. Quo Domino: Christo Crucifixo: vbi humilitas, ibi maiestas: si vis ad illam venire, noli ista contemneri, noli erubescere: idem in fronte, tanquam in sedē pudoris, signum crucis accepisti. Verè enim scripsit S. Ignatius, amorem suum esse, in mutua rerum communica-